

## CONSPECTUS FLORÆ MONTENEGRINÆ

*Auctore  
Josef Rohlena,  
Praha*

In meis sex viis botanicis, quas in Montenegro (a. 1900—1906) feci et quae plus duodecim mensibus erant, hos fines, qui nos plantarum copia maxime tenent, huc illuc peragravi et maximam vim plantarum, quam multorum monographorum auxilio pertractavi, collegi.

Hic labor initio difficilimus erat, quia litterae botanicae, quae ad terras Balcanicas pertinent, in innumerabiles fontes, qui saepe vix sunt assequendi, diffusae sunt. Quae res autem novissime in melius commutatae sunt, cum dr. Aug. Hayek, illustris ille botanicae disciplinae investigator Vindobonensis, opus gravissimum quidem, sed praemio dignum suscipere ausus esset, quo studiorum effectus frequentium botanicae disciplinae investigatorum in unum opus contulit, quod inscribitur: „Pros dromus Florae peninsulae Balcanicae. Post mortem auctoris edendum curavit F. Markgraf“ (in Fedde Repertor.). Quod est certe novum in Balcanicis floribus explorandis spatium. Quo praestanti opere factum est, ut et ipse, cum me multi mei eius-

dem disciplinae sodales et amici hortarentur, hunc librum scribere auderem, quo iam prima fundamenta horum, quibus delectamur finium circumscriptionis offeruntur.

Mihi imprimendis libris gravibus temporibus coacto curandum erat, ut liber quam astrictissimus esset, quare commemorationes aliorum auctorum quam paucissimas induxi, et diagnoses et adnotationes tantum eas praebeo, quae ad celerem rerum cognitionem praecipue in iis regionibus peregrinantibus prosint. Induxi etiam nonnulla indicia (localitates) dubia, ut in suis scriptis Beck et Hayek fecerunt, sed errores manifestos omisi. Confinium, cuius flora hoc libro tractatur, idem est atque ante annum 1913. Adhibui tantum ad septentriones spectans fastigium montium Prokletija et loca, quae ad Gusinje, Plav et Berane oppida circumiacent. Postremo omnibus, qui me in meo labore adiuvabant, maximas ago gratias. Hi sunt viri doctissimi: Pragae: M. Deyl, K. Domin, J. Dostál, K. Kavina, I. Klášterský, F. A. Novák, M. Pulchart, J. Velenovský. Vin-dobonae: A. Ginzberger, H. de Handel-Mazzetti, †A. Hayek, E. Janchen, H. Neumayer, K. Rechinger fil., K. Ronniger, J. Stadelmann et A. Baldacci (Bononiae), W. Becker (Rosian pr. Magdeburg), Fr. Fedde (Berolinensi), †B. Horák (Rokycany — Bohemia), St. Horvatić (Ljubljana), J. Hruba (Brunae), K. Malý (Sarajevo), Sw. Murbeck (Lund), Fr. Petrak (Hranice — Moravia), Z. de Szabó (Budapestini), G. Širjaev (Bru-nae), †Th. Wolf (Dresden), C. H. Zahn (Karlsruhe).

Optime autem de meo opere meriti sunt: „Kuratorium českého badatelského fondu při Národní radě badatelské“ (Pragae) et excellens Ministerium instructionis publicae (Pragae), qui me aliquantis impensis foventes effecerunt, ut hoc opus edere possem, denique „Societas Botanica Bohemica“ (Pragae), quae hunc librum edendum curavit.

Pragae mense Maio a. MCMXLI.

## ABBREVIATIONES

Abbreviationes nominum collectorum:

Ad	= Adamović L.	Ko	= Košanin N.
Ba	= Baldacci A.	Kš	= Kašpar A.
B	= Beck v. Mannagetta G.	Ld	= Lindberg fil.
Bo	= Bornmüller J.	Lo	= Loschnigg Vil.
Boš	= Bošnjak K.	Ma	= Malý K.
Če	= Čelakovský fil.	No	= F. A. Novák
Čer	= Černjavskí P.	Pč	= Pančić J.
De	= Deyl M.	Pej	= Pejović Kr.
Df	= Dörfler Ign.	Pt	= Pantocsek J.
Do	= Dostál J.	Ro	= Rohlena J.
Eb	= Ebel Wilh.	Sa	= Sagorski E.
Gi	= Ginzberger A.	Si	= Sillinger P.
Ho	= Horák B.	Sk	= Skřivánek V.
Ht	= Horvat I.	Sz	= Szyszlowicz Ign.
Ja	= Janchen Erv.	To	= Tommasini Jos.
Ki	= Kindt E.	Vh	= Vierhapper Friedr.
Kn	= Kneucker A.		

Abbreviationes ceterae:

alp. = alpinus; calc. = calcareus; cal. = calidior; coen. = coenobium; dic. = dicio; distr. = districtus = nahija; glar. = glareosus; gram. = graminosus; fin. = fines; fl. = flumen; inf. = inferior; lac. = lacus; lapid. = lapidosus; medit. = mediterraneus; nah. = nahija = districtus; m. = mons; mont. = montanus; pr. = prope; reg. = regio; riv. = rivus, rivulus; rup. = rupestris; sax. = saxosus; subalp. = subalpinus; spec. = species; sup. = superior; territ. = territorium; v. = vallis; verg. = vergens.

Adnotatio: Plantae \* asterisco designatae non sunt in Hayek: „Prodromus Florae peninsulae Balcanicae“ e Montenegro indicatae. — Numeri ante nomina specierum sunt iidem ut in HAYEK: Prodromus Florae peninsulae Balcanicae.

## **Lycopodiaceae**

*Lycopodium* L.

1. *L. selago* L. — In silvis et rupestr. reg. subalp. et alpi-  
næ. — Kom Kučki (Ba), Kom Vasojevički, Vojnik, Sjekirica  
planina (Ro), ca 1600—2200 m.

## **Selaginellaceae**

*Selaginella* SPRING.

6. *S. selaginoides* (L.) LK. (= *S. ciliata* OPIZ). — In  
pascuis alp. — Circa lacum Riblje jezero infra m. Durmitor  
(Pt); Barno jezero et Valoviti do in monte Durmitor (Ro).

7. *S. helvetica* (L.) LK. — In rupestr. montis Kom  
(Pt); Rijeka (Kn); Carine sub monte Kom (Ba).

8. *S. denticulata* (L.) LK. — Folia inferiora acuminata  
superioribus parum (nec duplo) maiora, spicae sporangiiferae  
sessiles. — In rupibus et muris dic. medit. ad Ulcinj (Ro).

## **Equisetaceae**

*Equisetum* L.

9. *E. telmateia* EHRH. — In irriguis silvestr. vallis  
Morača sup. (Pč); in valle fl. Piva ad coenob. Piva et Mratinje  
sub monte Maglić (Ro); inter Spuž et Danilovgrad (Ro).

- f. *comosum* MILDE. — In valle fl. Tara sub monte  
Kom, Nižin luk pr. Kolašin, Šavnik (Pt); in fossis ad Ulcinj,  
Vir, Podgorica et Andrijevica (Ro).

- f. *humile* ASCH. GR. (Syn. I:127). — Ad Vir (Ro).

10. *E. arvense* L. — In agris, incultis et ad vias non  
frequens. — Šavnik, Barno jezero sub m. Durmitor, Lijeva  
rijeka (Ro).

11. *E. sylvaticum* L. — In silvis reg. subalp. sub monte  
Durmitor (Pč, Ro).

— — subf. *capillare* (HOFFM.) MILDE. — Circa Lipovo pr. Kolašin (Pt).

12. *E. palustre* L. — In paludosis ad Viruša dol sub monte Kom (Pt); Mokro sub m. Dziebeze (Sz); Barno jezero sub monte Durmitor, Lukavica planina et circa Andrijevica (Ro).

— — f. *simplicissimum* A. BR. — Barno jezero sub monte Durmitor.

13. *E. limosum* L. — In paludosis reg. alp. et subalp. — Mokro sub m. Dziebeze (Sz); ad lac. Rikavac distr. Kuči (Sz); Lukavica planina (Ro).

14. *E. ramosissimum* DESF. — In arenosis, lapid. et incultis ad Ulcinj, Bar, Vir, Podgorica, Danilovgrad dic. mediter.; rarius ad Andrijevica reg. subalp. (Ro).

— — f. *altissimum* A. BR. — Cum typo ad Bar et Ulcinj (Ro).

15. *E. hiemale* L. — In silvis sub monte Durmitor: Crno jezero (Pč); Barno jezero (Ro); etiam in valle fl. Zeta pr. Danilovgrad dic. medit. (Ro); Vučji potok pr. Vermoš planina ad confines Albaniæ in f. *maius* MILDE (Df).

## Ophioglossaceæ

*Ophioglossum* L.

22. *O. vulgatum* L. — In pratis humidis ad Ulcinj et Danilovgrad reg. medit. (Ro).

*Botrychium* SW.

24. *B. lunaria* (L.) SW. — In pascuis alpinis frequens: montes Maglić, Bioče, Ledenača distr. Piva (Ro); Durmitor (Pč, Ht); Kom (Pt, Ho, Ro); Sinjavina (Pt, Ba, Ro); Sjekirica, Želatin, Štavna, Krivi do, Bjelastica, Javorje, Štirni do, Lola planina; etiam in m. Lovčen (Ro).

## Polypodiaceæ

*Polyodium* L.

29. *P. vulgare* L. var. *boreale* BECK. — In saxosis et silvis reg. subalp.: Skrobotuša sub m. Vila (Sz); Perućica sub m. Kom (Sz); Javorje planina et supra coen. Morača (Pč);

Andrijevica, Kolašin (Ja); ad latera montis Lovćen, in valle fl. Piva, Lukavica planina, Jerinja glava et Sjekirica planina (Ro). — — f. *rotundatum* MILDE. — Cum typo ad Njeguši (Ro). — — var. *serratum* WILLD. — In fissuris rupium dic. mediter. ad Dobra Voda pr. Bar et circa Podgorica (Ro).

*Pteridium* SCOP.

33. *P. aquilinum* (L.) KUHN. — In silvis, fruticetis et incultis ubique frequens. Saepe cum f. *lanuginosum* (BORY) LUERS.

— — f. *pinnatilobum* WARNST. — Ad Ulcinj et Bar; inter Nedajno et Crkvica distr. Piva (Ro).

— — var. *Gintlii* (ROHL.) KUEMM. [= *Pteris aquilina* var. *Gintlii* ROHL. (SBGW. XXXIX: 35, 1902)]. — Laciniis angustis, linearis-lanceolatis, 5—7-plo latitudine longioribus, in parte inferiore pinnatisectis (saepissime tantum unilateraliter), dimidio superiore in lobum angustum abeuntibus. — Cum typo in fruticetis ad Bar (Ro).

*Adiantum* L.

34. *A. capillus-Veneris* L. — In saxis madentibus dic. mediter. frequens. — Ad coenob. Morača (Ba, Pč); circum Rijeka (Pt, Ho, Ba, Kn, Ro); Bioče (Ja); Ulcinj, Bar, Vir, Boljevići, Podgorica et Danilovgrad (Ro).

*Cheilanthes* SW.

37. *Ch. fragrans* (L.) WEBB. et BERTH. — Pinnulae foliorum margine glabrae vel breviter ciliatae. — In rup. calc. ad Bar dic. medit. (Ro).

38. *Ch. persica* (BORY) METT. — Pinnulae foliorum margine dense longeque ciliatae. — Ad rupes et muros dic. mediter., ad Vir, Podgorica, Bioče (Ro); in valle fl. Morača usque ad Vilac (Ja); circa Bar (Ro, Do).

*Blechnum* L.

41. *B. spicant* (L.) WITH. — In silva montis Sjekirica planina supra Andrijevica, ca 1600 m.; sub monte Žijovo, distr. Kuči (Ba); in valle flum. Biogradska rijeka pr. Kolašin (Muravjev).

*Phyllitis* HILL.

42. *Ph. scolopendrium* (L.) NEWM. — In saxosis umbrosis sub monte Lovćen (Pč, Ba, Ro); Riječani (Ho); Andrijevica (Ro, Ja); Vir (Ro); etiam in m. Ranisava pr. Durmitor (Ro).

— f. *angustum* (ROSSI) HAY. — Mali Šavnik in monte Lovćen (Ro).

*Asplenium* L.

46. *A. viride* HUDS. — In rupestr. reg. subalp. et alpinæ frequens, etiam ad Andrijevica, ca 900 m.

— f. *incisocrenatum* MILDE. — In monte Lovćen cum typo (Ro).

48. *A. trichomanes* L. — Ad rupes et muros frequens. — In reg. mediter. ad Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica, Rijeka, Danilovgrad ubique vulgaris (Ro); ad Njeguši (Sz, Ro); Cetinje, Ostrog (Pč); Andrijevica, Kolašin (Ro, Ja); ad Šavniki, coen. Piva (Ro); etiam in reg. subalpina et alpina: Javorje planina (Pč); Hum Orahovski, m. Dziebeze et Kostića distr. Kuči (Sz, Ba); in decliv. m. Kom (Pt, Ho). (An etiam in m. Durmitor? ipse non vidi).

— f. *Harovii* MILDE. — Cum typo ad Ulcinj (Ro).

— f. *umbrosum* MILDE. — Ad Podgorica (Ro).

— var. *pseudadulterinum* ROHL. (SBGW. XXXIX:36, 1902). — Rachis apice viridis. — In calcareis inter Kotor et Njeguši (Ro).

— var. *microphyllum* MILDE. — Valać rupe in monte Lovćen (Ro).

53. *A. adiantum-nigrum* L. subsp. *onopteris* HEUFL. — In rupest. calc. reg. mediter.: Rijeka (Pt); Mali Lonac in m. Sutorman (Pč); ad Ulcinj, Bar, Vir, Danilovgrad (Ro); etiam in valle flum. Lim pr. Andrijevica solo calc. legit JANČHEN (an ad subsp. *nigrum* HEUFL. pertinens?).

54. *A. fissum* KIT. — In glareosis calcareis alpinis. — In monte Kom et Durmitor (Pt, Ro, De, Si); Velka Jastrebica (Pč); Lovćen (Ho, Ro); sub cac. montis Vila et Rupa Konjska distr. Kuči (Sz); supra lac. Rikavac distr. Kuči (Ba); Lukavica planina (Ho); Maglić ad fines Bosniae, Ledenica, Vojnik, Bjelastica, Jablan vrh et Gradište in Sinjavina planina (Ro).

— f. *tenuissimum* BECK. — Cum typo in m. Maglić (Ro).

55. *A. ruta-muraria* L. — In saxosis et ad muros in tota dizione vulgaris.

— f. *Matthiolii* (GASP.) HEUFL. — Ad Bioče pr. Podgorica (Pt).

— f. *Brunfelsii* HEUFL. — Ad latera m. Rumija supra Bar (Do).

57. *A. septentrionale* (L.) HOFFM. — In rupestr. vallis Tara pr. Kolašin (Ja) et in m. Bjelastica planina, 2100 m (Ro). Stirps in territ. rara.

### *Ceterach* GARS.

58. *C. officinatum* DC. — In rupestr. et ad muros frequens. — In dic. mediter.: Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica, Rijeka, Danilovgrad etc. vulgaris (Ro); ad Cetinje, Njeguši (Pč, Pt, Ho, Ro); Monastir Duga (Pt); Orlova skala sub monte Kom (Pt, Ho); Medun, m. Dziebeze et Hum Orahovski distr. Kuči (Sz); Bioče, Vjetrnik, Jablan, Lopate et coenob. Morača (Ja); circa Andrijevica et ad pedem m. Jerinja glava et Balj rarius in sax. calc. (Ro); Mali Durmitor (Pt); Vermoš ad fines Albaniæ (Df).

— f. *platylobum* GEYSENH. — Cum typo in m. Lovćen (Ro).

— f. *crenatum* MOORE. — Rarius cum typo.

### *Athyrium* ROTH.

59. *A. filix-femina* (L.) ROTH. — In silvis et ad rivulos reg. alp. et subalpinae. — Viruša dol infra Crna planina (Pt); ad latera m. Sutorman (Pč); Perućica sub monte Kom, Jerinja glava et in valle Jelovica pr. Andrijevica (Ro); in valle fl. Tara inter Han Garančić et Kolašin; supra coenob. Morača, in valle fl. Lim ad Andrijevica (Ja).

— var. *fissidens* MILDE. — Crno jezero ad ped. m. Durmitor (Ro) et ad latera m. Lovćen (Ro).

\*60. *A. alpestre* (HOPPE) RYLANDS. — In saxosis m. Kom (Pt). E penins. Balc. solum e Bosnia notum.

### *Nephrodium* RICH.

61. *N. dryopteris* (L.) MICHX. — In silvis et saxosis reg. subalp. et alpinae. — Pašina Voda sub m. Durmitor,

m. Maglić ad fin. Bosniae, Kom Vasojevički, Lovćen (Ro); Vučji potok in Vermoš planina ad fines Albaniae (Df).

62. *N. Robertianum* (HOFFM.) PRANTL. — In sax. calc. reg. subalpinae. — In valle flum. Lim pr. Andrijevica (Ba, Ro, Ja); supra coen. Morača (Ja); in m. Lovćen (Ro); Jerinja glava pr. Andrijevica (Ro); in valle fl. Piva pr. Mračtinje, m. Ranisava et Durmitor (Ro).

64. *N. thelypteris* (L.) STREMP. — In arundinetis ad Sinjac pr. Vir (Pč).

66. *N. filix-mas* (L.) RICH. — In silvestr. et saxosis reg. subalp. et alpinae. — Ad ped. m. Durmitor et in valle fl. Tara (Pč); in m. Maglić et Hum Orahovski distr. Kuči (Sz); supra Cetinje (Ba); circa Kolašin et Andrijevica (Ja, Ro); ad latera m. Lovćen (Ro, Pej).

— f. *deorsolobatum* MILDE. — Dubovički krši et Trešnja in m. Lovćen (Pej, Ro).

— f. *crenatum* MILDE. — In valle fl. Perućica sub m. Kom (Pt); Trešnja et Zalazi supra Njeguši (Ro, Pej); ad latera m. Maglić (Ro).

67. *N. Villarsii* (BELL.) BECK. subsp. *rigidum* (HOFFM.) HAY. — In glareosis alp. et subalpinis. — Crvena Stijena sub m. Durmitor (Pč, Ro); in m. Dibala distr. Kuči (Ba); Jezerski vrh, Mali Šavnik et Štirovnik in m. Lovćen (Ho, Ro); Korita rovačka et Štirni do pr. Lukavica planina, Ledenica, Javorje et Ranisava (Ro); Čirova pećina in m. Durmitor (De, Si).

— f. *fallax* (MILDE) HAY. — Piperska Lukavica, cca 1900 m (Ro).

— f. *nivale* BECK. — In cacumine montis Lovćen (Ro).

— subsp. *pallidum* (BORY) HAY. — In dumetis et saxosis calcar. reg. infer. pr. Bar, Ulcinj, Rijeka, Boljevići, Vir et Podgorica frequens (Ro); ad latera m. Vila (Sz); in m. Vjetnik inter Podgorica et Kolašin (Ja), in monte Pej supra coenob. Morača (Ja); ad Cetinje (Kn, Ld) et Njeguši (Ro, Ld); ad latera montis Lovćen (Ro, Ki, Gi).

Folia sunt aut bipinnatisecta [f. *meridionale* (MILDE) HAY.], aut tripinnatisecta [f. *australe* (TEN.) HAY.]

— f. *eglandulosum* ROHL. sub *Aspidium rigidum* var. *australe* (SBGW. XXXIX: 36, 1902). — „Folia fere eglandulosa“. — Rarius cum typo ad Vir (Ro).

68. *N. spinulosum* (MUELL.) STREMPEL. — In silva<sup>re</sup>  
ticis humidis raro. — Ad Njeguši sub monte Lovćen (Sz); in  
valle flum. Lim pr. Berane, in valle fl. Jelovica pr. Andrijevica  
et in m. Bjelastica supra Kolašin (Ro).

*Polystichum* ROTH.

69. *P. lonchitis* (L.) ROTH. — In rupestr. reg. alp.  
et subalp.: m. Maglić, Ledenica, Lovćen, Balj, Sjekirica, Želetin,  
Bjelastica, Sinjavina; Piperska Lukavica, Durmitor, Kom, Pivljan,  
Žijovo, Gradište, Hum Orahovski etc. (Pt, Pč, Ba, Sz,  
Ja, Ro, De, Si).

× *P. lobatum* × *lonchitis* MURB. (= *Aspidium illyricum* BORB.). — Zakamen sub Ledenica planina cum parentibus (Ro).

70. *P. lobatum* (HUDS.) PRESL. — In rupestr. silvat.  
reg. subalp. et alp. — In m. Hum Orahovski (Sz), Skroboča  
sub m. Kom (Sz), Planinica distr. Kuči (Ba), Varda sub m.  
Kom Vasojevički (Ba, Ho, Ja); in calcar. vallis flum. Lim pr.  
Andrijevica (Ja, Ro); Lovćen, Velki Krš pr. Andrijevica, Želetin,  
Jerinja glava et Balj (Ro); in reg. infer. etiam ad Rijeka  
et Cetinje (Ro).

— subf. *auriculatum* (MILDE) HAY. — Inter Cetinje et  
Rijeka (Ro).

— subf. *longilobum* (MILDE) HAY. — Crno jezero infra  
Mali Durmitor (Pt).

71. *P. setiferum* (FORSK.) WOYNAR et

72. *P. Braunii* (SPENN.) FÉE. A cl. PANTOCSEK e  
Montenegro indicatum, sed sine loco natali.

*Cystopteris* BERNH.

74. *C. fragilis* (L.) BERNH. — Ad muros et rupes per  
totam dicionem frequens. — In m. Hum Orahovski et Dziebeze  
distr. Kuči (Ba); Kom Kučki (Ho); Lovćen (Pč, Ro); Andrijevica,  
Kolašin (Ro, Ja); coenob. Morača (Ja); m. Pivljan (Ja);  
Njeguši, Vir, Bar, Ulcinj etc. (Ro).

— f. *anthriscifolia* (HOFFM.) KOCH. — Cum typo ad Bar,  
Vir, Njeguši, Ulcinj et Andrijevica (Ro).

— f. *cynapiifolia* (HOFFM.) KOCH. — In alp. mont. Že-

letin pr. Andrijevica et in m. Gradište supra Kolašin, Valač rupe in m. Lovćen (Ro).

— — f. *angustata* (HOFFM.) KOCH. — In sax. Velki Krš supra Andrijevica (Ro).

75. *C. regia* (L.) DESV. — In rupestr. reg. alpinae non frequens. — In m. Kom, Durmitor, V. Maglić distr. Kuči, Crna planina, Gradište supra Kolašin (Pt, Pč, Sz, Ba, Ho, Ro); in reg. media etiam ad Milušina pećina (nahija Katunska) ca 900 m (Ro); in m. Prokletija ad fin. Albaniae (Df); etiam in m. Lovćen cum f. *subfragilis* (MILDE) HAY. (Ro).

### **Salviniacae**

*Marsilea* L.

79. *M. quadrifolia* L. — In lacu Scodrano (Skadarsko blato) ad Plavnica (Ro, Ja).

### **Coniferae**

*Taxus* L.

81. *T. baccata* L. — In rupestr. silvat. m. Durmitor (Pt, Pč); m. Kom (Pt, Ho); in valle Skrobotuša distr. Kuči (Sz); m. Lovćen, Vojnik (Ro); circa Andrijevica et Šavnik (Ro).

\* — — var. *ericoides* CARR. — Ad latera m. Lovćen cum typo, a quo foliis angustioribus apice longius attenuatis differt (Pej, Ro).

*Juniperus* L.

83. *J. communis* L. subsp. *eucommunis* HAY. — In rupestr. et silvis. — Ad ped. m. Durmitor pr. pagum Kovčice (Pt); circa Grahovo (Pč); ad Medun distr. Kuči (Sz); Njeđuši (Ro); in m. Pivljan (Ja); circa Andrijevica et Kolašin (Ro, Ja); in societ. *J. nana* WILLD, sed sine formis intermed. (Ja).

— — — var. *intermedia* (SCHUR) SANIO. — Srablje jezero sub m. Durmitor, ca 1700 m.

— — subsp. *nana* (WILLD.) HAY. — In rupestr. reg. subalp. et alpinae frequens. — In m. Kom (Pt, Ho, Ro); m. Durmitor (Pt, Pč, Ro); m. Hum Orahovski et m. Dziebeze distr. Kuči (Sz); Sinjavina planina (Ba, Ro); m. Zeletin, Jerinja glava,

Sjekirica, Bjelastica et Lovćen (Ro); supra Rikavac ad fines Albaniae (Df).

84. *J. oxycedrus* L. — In rupestr. reg. calidioris. — Ad latera m. Lovćen (Pč, Pej, Ro); circa Njeguši, Ulcinj, Vir (Ro); ad Rijeka (Ho, Ro); in valle flum. Piva sub Goransko et Borškovići (Ro); Bioče pr. Podgorica (Ja); ad latera m. Vjetrenik usque ad Klopot (Ja); Crna planina distr. Bratonožići (Ba); Boljevići pr. Vir (Do).

88. *J. sabina* L. — In rup. reg. alpinae et subalp. raro. — In m. Durmitor (Pt, Pč); m. Kom (Pt); m. Smrekovac et Oštari Kuk pr. Maglić ad fines Hercegovinae; in valle fl. Piva supra Mratinje, m. Visitor supra Andrijevica (Ro); Buni jezerce in m. Prokletija ad fin. Albaniae (Df).

### *Cupressus* L.

90. *C. sempervirens* L. var. *pyramidalis* (TARG. TOZZ.) NYM. — In reg. medit. ad Bar, Ulcinj, Podgorica et in Crmnicka nahija culta et subspont.

### *Abies* MILL.

91. *A. alba* MILL. — In silvis subalpinis. — In m. Kom et Durmitor (Pt, Pč, Ba, Ro); in m. Dziebeze et in v. Skroboštuša distr. Kuči (Sz); in m. Maglić ad fin. Bosniae; Ledenica et Sjekirica planina (Ro).

### *Picea* DIETR.

94. *P. vulgaris* LK. (= *P. excelsa* LK.). — In reg. subalp. constituit vastas silvas. — In Durmitor (Pč, Ba, Ro); m. Kom, Sjekirica planina, Vojnik (Ro); in v. fl. Tara usque ad Kolašin (Ro, Ja); circa Gusinje et Plav sub Prokletija (Sz).

### *Larix* MILL.

95. *L. decidua* MILL. — In silva ad ped. m. Kom versus vallem Perućica in declivibus supra Konjuhe raro; forsitan culta (Ro).

### *Pinus* L.

96. *P. sylvestris* L. — In silvis reg. subalp. m. Kom et Durmitor (Pt, Ro); Maglić, Ledenica, Hasanac, Zeletin (Ro).

97. *P. halepensis* MILL. — Circa Vir, Bar et Ulcinj dic. medit. non frequens (Eb, Ro, Ba).

100. *P. mughus* SCOP. — In reg. alpina in m. Durmitor (Pt, Pč, Ba, Ro); m. Maglić ad confines Bosniae et in m. Vojnik (Ro).

101. *P. Heldreichii* CHRIST. (= *P. leucodermis* ANT.) In m. Dziebeze, Hum Orahovski, Širokar et in v. fl. Perućica (Sz); ad latera m. Kom Vasojevički (Ro, Lo); in m. Lovćen (Ad, Pej, Ro), Fuša Rudnices sub m. Prokletija ad fin. Albaniae (Df); Sinjavina planina sub m. Jablanov vrh (Reiser, Bš); Gornja Morača (Reiser fide Bš); Durmitor: m. Žuta greda supra Dobri do (Bš).

102. *P. nigra* ARNOLD. subsp. *nigra* (ARN.) HAY. — Sub m. Kom (Pt); circa Andrijevica (Ja, Ro); Ledénica planina (Ro); Sinjavina planina (Ba). E m. Lovćen a cl. PANČIĆ indicata potius ad *P. Heldreichii* pertinet.

103. *P. pinaster* SOL. — In dic. mediter. ad Vir raro culta (Eb).

105. *P. peuce* GRIS. — In silv. reg. subalp. distr. Vasojeviči: m. Hasanac, Zeletin, Sjekirica (Pč, Ba, Ro); inter Plav et Dečani (Df); confer ROHLENA (Allg. bot. Zeit. 1907).

## Ephedraceae

*Ephedra* L.

106. *E. campylopoda* C. A. MEY. (= *E. fragilis* b) *campylopoda* STAPF — In sax. et frutic. dic. medit. non frequens. — Ad Ostrog, Rijeka, Drušići, Bioče, Medun, Dukla et Podgorica (Ba, Ro, Ja); circa Bar et Ulcinj (Ro). E valle flum. Perućica ad Konjuhe pr. Andrijevica a cl. BALDACCI (Altre notizie 59.) indicata. Ego non vidi. Probandum sit!

\*107. *E. distachya* L. — In arenosis marit. ad Pristan Bar; in rup. Pestingrad supra sinum Rhizonicum (Ba).

\*108. *E. maior* HOST. — In arenosis maritimis ad Toplica prope Bar (Do).

## Betulaceae

*Betula* L.

109. *B. pendula* ROTH. — In silvis et ad rivulos reg. subalp. — In valle flum. Perućica; ad Lipovo sub Sinjavina

planina (Ba, Pt); Javorje planina et sub monte Kom (Pč, Ba); in valle fl. Tara pr. Kolašin (Ja, Ro); Rudo brdo versus Kralje pr. Andrijevica (Ja, Ro); Zakamen sub Ledenica planina distr. Piva (Ro); Tušina pr. Šavniki (Ba).

110. *B. pubescens* EHRH. — In silvis et turfosis m. Vojnik, Ledenica planina et circa Viljuša et Andrijevica (Ro).

### *Alnus* HILL.

112. *A. incana* (L.) WILLD. — Ad ripas. — In valle fl. Tara (Pt, Pč, Ja, Ro); in silva Skrobotuša et sub Crna planina distr. Kuči (Ba); circa Andrijevica (Ho, Ro, Ja) et ad Podgorica (Ba).

— f. *hypochlora* CALLIER. — In subalp. Vermoš ad fin. Albaniae (Df).

113. *A. glutinosa* (L.) GAERTN. — In palud. et ad ripas reg. infer. et mediae. — Ad rivulum Plašnica supra pag. Lipovo pr. Kolašin (Pt); ad rip. fl. Zeta et Morača (Pč); in valle fl. Lim pr. Andrijevica (Ba, Ja, Ro); circa Vir et Plavnica (Ro); supra coen. Morača (Ja); Crmnicka nahija (Eb).

### *Carpinus* L.

114. *C. betulus* L. — In silvis reg. infer. et mediae. — In m. Vjetnik (Pt); ad latera m. Lovćen (Pč, Ro); in valle fl. Zeta et Morača (Pč, Ro); Lješanska et Katunska nahija (Ro); circa Kolašin (Ja); Lijeva Rijeka (Sz); Crmnicka nahija (Eb).

115. *C. orientalis* MILL. — In dumetis et silvis regionis calidioris. — Ad Cetinje, Grahovo, Ostrog (Pč, Ba); circa Dujevo (Ho); in valle fl. Morača usque ad coen. Morača (Ba, Ja); in m. Vjetnik decl. merid. (Ja); circa Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica (Ro); Crmnicka nahija (Eb).

### *Ostrya* SCOP.

116. *O. carpinifolia* SCOP. — Involucrum saccatum indivisum maturum flavescens, strobili ovales iis *Humuli lupuli* similes, gemmae obtusae; folia iis *Carpini orientalis* similia. — In dumetis regionis calid. — Ad coen. Ostrog (Pč); ad lat. m. Sutorman (Ba, Do); supra Njeguši (Ro, Gi); Zagarač supra Danilovgrad (Ro); Simunj et Lastva Čevska in nahija

Katunska; Kokoti, nahija Lješanska (Ro); supra coen. Morača, ad lat. m. Pej et in valle fl. Tara et riv. Svinjača pr. Kolašin; in valle fl. Lim pr. Andrijevica (Ja); Lukovo sub m. Vojnik (Ba); Rumija supra Bar (Do).

### Corylus L.

117. *C. colurna* L. — Petiolis foliorum et pedunculis amentorum glandulosis, foliis subtus ad nervos velutinis; involucro nuce ovato-globosa duplo longiore, infra medium sub-pinnatifido. — In dumetis regionis calidioris non frequens. — Košarica pr. Cetinje, Čeklici et Cuci in nahija Katunska (Pč); Ostrog (Ba); Dubovik inter Njeguši et Cetinje, Čevski Lisac (Ro).

118. *C. avellana* L. — In silvis et dumetis reg. mont. et subalp. — In valle fl. Morača, Zeta, Tara, Perućica et riv. Bistrica (Pt, Pč, Ja, Ro, Sz); ad pedem m. Durmitor supra pag. Kovčice (Pt); Viruša dol sub Crna planina (Sz); circa Cetinje (Pč); Njeguši, Velestovo (nahija Katunska, Ro) et Andrijevica (Ro, Ja).

— var. *schizophlamys* SPACH. — Involucro fructu multo longiore *C. colurnam* revocat, sed non in lobos lineares fisso. — Cum typo ad Šavniki et in valle flum. Perućica (Ro).

### Fagaceae

#### *Fagus* L.

120. *F. sylvatica* L. — Constituit silvas vastas in reg. subalp. totius dicionis.

— f. *moesiaca* K. MALÝ. — Folia maiora brevissime petiolata late ovata basi rotundata. — In silvis ad Biogradsko jezero pr. Kolašin (Čer). Verosimiliter etiam alibi.

#### *Castanea* HILL.

122. *C. sativa* MILL. — In silv. reg. calidioris non frequens. — Ad Dujevo (Ho), circa Vir, Ulcinj, Danilovgrad et Bar dic. medit. (Ro); etiam in valle fl. Lim pr. Andrijevica loco Vinička (Ja); Velki Mikulići sub m. Rumija, cca 780 m (Do).

*Quercus* L.

123. *Q. cerris* L. — In silvis et dumetis reg. calidioris. — Circa Martiniči, coenob. Duga, Lukovo et Šavniki (Pt, Ro); ad latera m. Sutorman (Pč); supra coen. Morača (Pč, Ja); circa Viljuša et Andrijevica (Ro); etiam in valle fl. Piva sub Borkovići et Goračko (Ro); Njeguši (Ro, Gi); ad latera m. Sutorman et Kosa supra Bar (Do).

— var. *austriaca* (WILLD.) LOUD. — Lobis foliorum brevioribus integerrimisque differt. — Njeguši, Lukovo supra Nikšić, Ceklin; Gvozd sub m. Vojnik; mons Lisinj et Sutorman supra Bar (Ba).

124. *Q. macedonica* ALPH. — Folia brevissime petiolata oblonga, basi rotundata, matura coriacea, denticulata vel breviter pinnatiloba, lobis triangularibus, supra lucida, subtus subglabra; stipulae lanceolatae deciduae, fructus sessiles. — In dumetis regionis calid. — Ad Martiniči in valle Zašlap (Pt); Pišine Strane — Župa nikšićka; Dobre Strane distr. Čeklići (Pč); Uble et Medun distr. Kuči (Ro, Sz); ad latera m. Rumija et Lisinj (Ba); Bogetići distr. Katunska (Ba, Ro); Malo brdo pr. Podgorica (Ro); distr. Bratonožići (Ro); Velki Mikulić supra Bar (Do).

\*127. *Q. coccifera* L. — In dumetis dic. mediter. ad Ulcinj (Ba).

128. *Q. ilex* L. — In dumetis dic. mediter. — Bar, Ulcinj, Donja Zeta (Ro); Crmnicka nahija (Eb).

— f. *oblongifolia* LAM. et DC. — Bar (Do).

— f. *serrata* VIS. — Ad latera m. Rumija supra Bar (Do).

130. *Q. conferta* KIT. — In silvis et dumetis regionis calid. — Bratonožići, Danilovgrad, Šavica (Pč); Boljevići pr. Vir, Bar, Ulcinj (Ro); in decliv. supra coenob. Morača (Ja, Ba); Drušići pr. Rijeka; Konjuhe pr. Andrijevica (Ba).

131. *Q. lanuginosa* (LAM.) THUILL. subsp. *Dalechampii* (TEN.) HAY. (= *Q. pubescens* var. *australis* BECK et SZ. Pl. Crnag. 59.). — In silvis reg. calidioris. — Martiniči (Pt); sub m. Sutorman, Jastrebica et ad Ostrog (Pč, Ba); in valle fl. Zeta circa Danilovgrad et circa Simunj in nahija Katunska (Ro); circa Medun distr. Kuči (Sz); Crmnicka nahija (Eb).

— — subsp. *eulanuginosa* HAY. var. *congesta* (PRESL)  
GUERKE. — Cum typo ad Medun distr. Kuči (Sz).

136. *Q. sessilis* EHRH. — In silvis regionis calidioris.  
— In valle fl. Morača supra coenob. (Pč, Ba, Ja); ad latera m. Rumija (Ba); Krstac pr. Njeguši (Ba).

137. *Q. robur* L. — In dumet. vallis Zeta sub Danilovgrad (Pč); Crmnicka nahija (Eb).

### **Juglandaceae**

*Juglans* L.

139. *J. regia* L. — In declivibus m. Pej supra coenob. Morača (Ba, Ja); ad Podgorica culta (Ro).

### **Salicaceae**

*Populus* L.

140. *P. alba* L. — Ad ripas fl. Morača (Pč); Crmnicka nahija (Eb).

142. *P. tremula* L. — In silvis vallis fl. Perućica et in Sinjavina planina (Pt, Ba); ad ped. m. Durmitor et in valle fl. Morača et Tara (Pč, Ba, Ro); supra lac. Rikavac distr. Kuči (Ba); in valle fl. Piva supra coen. (Ro); circa Podgorica (Ro); Crmnicka nahija (Eb).

143. *P. nigra* L. — In silvis sub pag. Borkovići in valle fl. Piva (Ro); Crmnicka nahija (Eb).

— — var. *italica* DUROI. — Circa Podgorica (Ro); Crmnicka nahija (Eb).

*Salix* L.

144. *S. amygdalina* L. — In valle fl. Zeta et ad Sinjac (Pč).

145. *S. pentandra* L. — In paludosis ad lacum Barno jezero sub m. Durmitor; etiam ad Pošćensko jezero pr. Šavnik (Ro).

146. *S. fragilis* L. — Ad ripas flum. Zeta et Morača (Pč); ad rivulum sub Sjekirica planina pr. Andrijevica (Ro).

147. *S. alba* L. — Ad ripas flum. Zeta pr. Danilovgrad (Pč); circa Grahovo (Pč); ad rip. lac. Skodrani pr. Plavnica

(Sz); circa Podgorica, Bar et Ulcinj (Ro); Mikulići sub m. Rumija (Do); Crmnicka nahija (Eb).

148. *S. cinerea* L. — In paludosis ad Rijeka et Mokro pr. Bijela distr. Šavnik (Pt); Pošćensko jezero pr. Šavnik; in valle Jelovica sub Bjelastica plan. distr. Vasojevići; Jerinja glava pr. Andrijevica (Ro).

— f. *rotundifolia* DOELL. — Pašina Voda sub monte Durmitor (Pt).

149. *S. silesiaca* WILLD. — In alpinis m. Ranisava pr. Durmitor et in m. Jablan in Sinjavina planina (Ro).

150. *S. grandifolia* SÉR. — Ad latera m. Lovćen supra Njegusi (Pč, Ba).

152. *S. caprea* L. — In silvis reg. subalpinae. — In valle fl. Perućica et Tara sub m. Kom (Pt, Ro); ad latera m. Lovćen supra Njegusi; in valle fl. Piva pr. Mratinje; in valle fl. Jelovica distr. Vasojevići; in m. Jerinja glava, Mali et Velki Krš pr. Andrijevica; Ranisava pr. m. Durmitor; Varda supra coen. Piva (Ro); in m. Žijovo distr. Kući (Ba).

— f. *rotundifolia* GAUD. — Rarius cum typo (Ro).

— f. *diversifolia* ROHL. — Folia nonnulla ut in typo (ovata, elliptica vel oblonga, apice ± acuminata), alia rotundata, apice obtusissima. — In m. Jerinja glava et Mali Krš pr. Andrijevica (Ro).

154. *S. arbustula* L. — In regione alpina. — Volujačko jezero distr. Piva (Ma). E m. Sinjavina planina a cl. PAN-TOCSEK et BALDACCI „*Salix Weigeliana*“ WILLD. indicata spectat aut huc, aut ad *S. silesiacam*.

159. *S. elaeagnos* SCOP. — In saxosis et ad ripas reg. infer. et mediae. — In valle fl. Tara (Pt); ad Rijeka Crnojevička (Pt, Ho); Grahovo, Rijeka Gračanicka (Pč); ad latera m. Lovćen (Pej, Ro); circa Ulcinj, Bar, Podgorica, Nikšić et Andrijevica (Ro); Mikulići sub m. Rumija (Do).

160. *S. viminalis* L. — E Montenegro a cl. HAYEK in Prodr. fl. penin. Balc. I:86 indicata; verosimil. solum in locis udis in vineis culta. Non vidi.

\*161. *S. repens* L. var. *rosmarinifolia* (L.) W. GR. — In spong. ad lacus sub m. Durmitor (Pč); lac. Riblje jezero sub m. Durmitor (Pt sub *S. viminalis* × *repens*). A. cl. HAYEK

in Prodr. fl. penins. Balc. I:87 e Montenegro non est indicata, sed in montibus Serbiae occurrit.

162. *S. purpurea* L. subsp. *eupurpurea* HAY. — Ad ripam lac. Scodrani pr. Vir et Sinjac (Pč); in valle fl. Lim pr. Andrijevica et ad Bijela rijeka pr. Šavniki (Ro).

— — f. *Lambertiana* (SM.) KOCH. — Cum typo ad Šavniki et Bar (Ro).

— — subsp. *amplexicaulis* (BORY et CHAUB.) BOISS. — In lapid. mobil. ad Vunsaj pr. Plav ad fines Albaniae (Df).

163. *S. retusa* L. subsp. *euretusa* HAY. — In saxosis glareosis et pascuis reg. alpinae. — Ex omnibus montibus dic. septentr. et orient. indicata: Kom, Durmitor, Maglić, Vojnik, Mokra planina, Sjekirica, Lukavica, Vila, Sinjavina, Bjelastica, Jablan, Gradište, Planinica etc. (Pt, Pč, Sz, Ba, Ht, Ro). E monte Lovćen non vidi.

— — f. *Kitaibeliana* (WILLD.) RCHB. — F. foliis majoribus, basi cuneatis apice obtusis vel emarginatis. — In alp. jugo Štulac et sub Crvena Stijena in m. Durmitor (Pč, Ba); in m. Kom, Žijovo et Suhi vrh distr. Kuči (Ba).

— — f. *pilosula* BECK. — Savin kuk in m. Durmitor (De, Si).

\*— — subsp. *serpyllifolia* (SCOP.) SEEM. — In alpinis m. Planinica et Mojan ad fines Albaniae (Ba). Foliis multo brevioribus et angustioribus a typo differt.

## Moraceae

### *Morus* L.

166. *M. alba* L. — Culta et subsppontanea in reg. calidiore. — Medun (Sz); Njeguši, Cetinje, Rijeka, Vir, Bar, Ulcinj, Podgorica, Danilovgrad etc. (Ro); Crmnicka nahija (Eb).

167. *M. nigra* L. — Ut praecedens, sed rarer.

### *Ficus* L.

168. *F. carica* L. — Culta et subsppontanea in reg. calidiori, praecipue dic. mediterranea. — Circum Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica, Medun, Danilovgrad, Nikšić, coen. Morača etc. (Pt, Eb, Pč, Sz, Ho, Ja, Ro); etiam in valle fl. Piva supra coenobium (Ro).

## **Cannabinaceae**

*Humulus* L.

169. *H. lupulus* L. — In fruticetis, ad ripas reg. infer. et submont. frequens. — Circa Bar, Ulcinj, Rijeka, Vir, Podgorica, Danilovgrad, Nikšić, Kolašin, Andrijevica (Eb, Pt, Pč, Sz, Ja, Ro).

*Cannabis* L.

170. *C. sativa* L. — Culta et subsppontanea. — Velika et Andrijevica distr. Vasojevići (Ba, Ro); Goračko distr. Piva, Bukovica sub m. Durmitor, Šavniki (Ro).

## **Ulmaceae**

*Ulmus* L.

171. *U. foliacea* GILIB. — In silvis et dumetis. — Ad latera m. Lovćen; circa Danilovgrad et Vir (Pč); Velestovo et Milušina pećina distr. Katunska (Ro).

\*— var. *suberosa* (MCH.) C. K. SCHNEIDER. — Cum typo circa Podgorica (Ro).

\*— f. *glanduligera* ROHL. IX:19. (= *U. glabra* b. *glanduligera*). — Folia supra parce, subtus densius puberulo-scabra et praeterea subtus in reti venoso glandulis rubris obsita. — Circa Podgorica et in campo Donja Žeta (Ro).

173. *U. scabra* MILL. — In silvis reg. montanae supra coenob. Piva (Ro).

174. *U. laevis* PALL. — In silvis sub m. Durmitor et in Javorje planina (Pč).

*Celtis* L.

176. *C. australis* L. — In fruticetis reg. mediterraneae. — Coenob. Ostrog, Šavica, distr. Komani (Pč); circa Dujevo Ba); circa Ulcinj, Bar, Vir, Podgorica et Danilovgrad (Ro); nahija Lješanska (Ba).

## **Urticaceae**

*Urtica* L.

179. *U. dioica* L. — In silvis, ruderatis et ad sepes reg. infer. et mediae frequens.

— — subvar. *glabrata* (CLEM.) WEDD. — In subalp. Viruša dol sub Crna planina (Pt).

180. *U. membranacea* POIR. — Annua, flores monoici, folia ovata acuta anguste serrata, longe petiolata, stimulis paucis obsita, stipulae connatae; axis spicarum mascul. dilatata. — In incul. ad Vir dic. medit. (Pč).

181. *U. urens* L. — In ruderatis reg. infer. et mediae. — Vir (Pč, Ro); Kostiča distr. Kuči (Ba); Ulcinj, Bar, Podgorica, Danilovgrad, Njeguši (Ro). Etiam in valle fl. Piva ad coenobium (Ro).

182. *U. pilulifera* L. — Annua, monoica; inflorescentia feminea in capitula globosa congesta; folia longe petiolata. — In ruderatis dic. mediter. circa Bar et Ulcinj (Ro).

### *Parietaria* L.

184. *P. officinalis* L. — In saxosis, silvis humidis et ad sepes. — Circa Cetinje, Vir (Pč, Ro); Medun distr. Kuči (Sz); Njeguši, Rijeka, Boljevići, Podgorica (Ro); in valle fl. Morača ad coenob. (Ja).

185. *P. vulgaris* HILL. — Ad muros, rupes et in incultis reg. infer., praecipue dic. medit. frequens. — Circa Ulcinj, Bar, Vir, Podgorica, Danilovgrad, Njeguši etc. (Eb, Ro, Ho); etiam ad pag. Kovčice ad ped. m. Mali Durmitor in reg. subalp. (Pt).

— — var. *microphylla* (BACH.) HAY. (= *P. Judaica* var. *brevipetiolata* HAL. Consp.) — Folia multo minora et breviter petiolata. — Cum typo ad Bar (Ro).

186. *P. lusitanica* L. — Annua, caulis ramosissimus prostratus decumbens; lamina foliorum rhombeo-ovata obtuse acuminata basi late cuneata, petiolo longiora; glomeruli pauci-flori. — In fissuris murorum et rupestr. dic. medit. ad Rijeka et Podgorica raro (Ro).

### *Santalaceae*

#### *Osyris* L.

189. *O. alba* L. — In sax. et dumosis reg. mediter. circa Bar et Ulcinj (Ro).

*Thesium* L.

191. *Th. alpinum* L. — In gram. et pascuis subalp. et alp. — Crna planina, Durmitor, Kom (Pt, Pč, Ro); Ledenica planina, Barno jezero sub m. Durmitor, Bjelastica, in valle Perućica et Jelovica, Jerinja glava pr. Andrijevica (Ro); in valle fl. Tara inter Han Garančić et Kolašin (Ja); in m. Kostića distr. Kuči (Ba).

194. *Th. linophyllum* L. — In gram. reg. subalpinae raro. — Ad Borkovići distr. Piva, cca 1400 m, et in valle flum. Perućica sub m. Kom, ca 1000 m (Ro).

195. *Th. divaricatum* JAN. — In rupibus et gram. reg. calidioris, praec. dic. mediterraneae. — Bogeticī (Pt); Šavnik sub m. Ivica (Pč); circa Rijeka et Bar (Ba, Ro); Ulcinj, Podgorica, Danilovgrad, nahija Lješanska, Čevski Lisac, Njeguši et alibi (Ro); supra Vunsaj pr. Plava ad fines Albaniae (Df).

— subsp. *Vandasii* ROHL. SBGW. I: 107, 1911; (an *Th. divaricatum* × *ramosum*?). — Perenne; radice lignosa multi-cauli estolonosa, caulibus sat rigidibus ca 20 cm altis erectis vel adscendentibus a medio ramosis, ramis erecto-patulis rameosis, ramulis subunifloris (ut in *Th. ramoso*), sed hinc inde 2—3 floris (ut in *Th. divaricato*), foliis linear-lanceolatis univel subtrinerviis unacum bracteis, bracteolis et ramulis asperulo-scabris (ut in *Th. ramoso*), bracteis et bracteolis aliis fructu brevioribus (ut in *Th. divaricato*), aliis eum aequantibus, bractea media plerumque eum multo superante (ut in *Th. ramoso*), nuce ellipsoidea pedicello suo 2—3 plo longiore, perigonio fructus involuto nuce duplo breviore. — In gramin. ad Viljuša ad fin. Hercegovinae cca 1000 m (Ro).

196. *Th. ramosum* HAYNE. — In pratis ad Ulcinj dic. medit. et ad Andrijevica reg. subalp. raro (Ro).

198. *Th. Parnassi* A. DC. — In pratis et pasc. alpinis. — In monte Javorje et Velka Jastrebica (Pč); in alp. Ledenica, Vojnik, Maglić, Lovćen, Gradište et Jablan vrh in Sinjavina planina, inter Nedajno et Crkvica in Pivska planina (Ro); Mali Bostur in m. Lovćen (Kš), 1600—2200 m s. m. (Ro); in m. Čafa Velja ad lac. Rikavac et in m. Vila distr. Kuči ad fin. Albaniae (Df).

200. *Th. auriculatum* VANDAS SBGW. I: 279. 1890.

— Perennis; caules tenues numerosi procumbentes vel adscendentes ramis erectis; racemi pluriflori ramis unifloris; lobi disci inter perianthii segmenta valde prominentes hemisphaericci vel patelliformes (rarius ± obsoleti = f. *bosnense* MALÝ); fructus non reticulato-venosus solum longitudinaliter costatus; folia linearia uninervia; bractea fructu aequilonga vel parum longiora, bracteolae eo breviores. — In pascuis et gramin. alp. et subalp. raro. — Dobri do et Valoviti do in monte Durmitor; supra Poščensko jezero pr. Šavnik, 1200—2300 m (Ro).

## Polygonaceae

*Rumex* L.

213. *R. alpinus* L. — In pratis et pascuis subalp. et alp. praecipue ad casas et circa ovilia frequens. — In m. Kom, Durmitor, Sinjavina, Štirni do, Maglić, Lola planina, Crna planina et alibi (Pt, Pč, Ba, Ho, Ro); conf. ROHLENA IV. Beitr. p. 81.

\*216. *R. Kernerii* BORB. apud RECH. fil. in FEDDE Repert. XXXI: 240/640. (= *R. patientia* aut. monten. nec L.) — In incul. ad Andrijevica (Ho); ad Medun distr. Kući; in novalibus ad Plavnica (Sz); Milušina pećina in distr. Katunska nahija (Ro).

217. *R. crispus* L. — Ad vias, in fossis et ruder. reg. infer. et mediae. — Circa Medun et Plavnica (Sz, Ro); ad Sinjac et Vir (Pč); Viljuša, coen. Piva, Ulcinj, Njeguši, Bar, Vir, Rijeka et Podgorica (Ro); in valle fl. Tara inter Han Garančić et Maštošev (Ja).

× *R. crispus* × *obtufolius* (= *R. pratensis* M. K.). — Sub m. Lovćen (Ba); ad Šavnik (Ro).

× *R. crispus* × *pulcher* (= *R. pseudopulcher* HAUSSK.) — Prope pagum Sušunja ad viam e Podgorica ad Plavnica (Ro).

\*219. *R. conglomeratus* MURR. — In fossis et locis humidis. — Jezerski vrh in m. Lovćen (Ho); ad ripam lac. Šcodrani pr. Plavnica et ad rivulum supra Šavnik (Ro); ad Bar (Do); Sutorman supra Bar (Eb).

220. *R. sanguineus* L. — In silvis vallis fl. Piva inter coen. Piva et Goraňsko ca 700—800 m (Ro); Sutorman supra Bar (Eb).

221. *R. obtusifolius* L. subsp. *silvester* (LAM.) RECH. — In silvis, ruderatis, incultis et ad vias reg. infer. et submont. frequens.

— subsp. *Friesii* (GREN. GODR.) RECH. (= *R. obtusifolius* var. *agrestis* FR.) — In muris diruti oppidi Bar (Ro).

224. *R. pulcher* L. — In ruder. reg. calidioris. — Circa Cetinje et Danilovgrad (Pč); circa Bar, Ulcinj, Vir, Plavnica, Podgorica et Viljuša; etiam in val. fl. Lim inter Andrijevica et Berane (Ro); Njeguši (Sz); Ivanova korita et Blatište in m. Lovćen (Bierbach).

226. *R. palustris* SM. — In paludosis ad Rijeka crnojevička (Pt); ad ripam fl. Bojana pr. Sct. Nikola ad fines Albaniae (Ba).

229. *R. acetosella* L. — In gramin., lapidosis et incultis. — In m. Mali Maglić distr. Kuči (Sz); in valle fl. Tara et Morava (Pč); circa Viljuša et ad latera m. Lovćen et Lastva Čevska (Ro).

— f. *tubropunctatus* BECK. — Cum typo et sequente ad Podgorica (Ro).

— subvar. *multifidus* (L.) DC. — Cum typo ad Danilovgrad (Pt, Ro) et circa Podgorica (Ro).

— var. *angiocarpus* (MURB.) ČEL. — Ad Ulcinj distr. Primorje et in subalp. Konjsko plan. (Ho, Ro); in valle fl. Tara ad Kolašin et circa Kralje pr. Andrijevica (Ja); ad lat. m. Lovćen (Ro); ad Pišće distr. Piva (De, Si).

230. *R. scutatus* L. — In glareosis alpinis. — In m. Kom, Javorje, Durmitor (Pt, Pč, Ro), Maglić, Crna planina, Pošćensko jezero supra Šavnik; Lovćen, Štirni do pr. Lukavica et Lola planina; in valle fl. Bijela pr. Šavnik (Ro); etiam in m. Prokletija ad fines Albaniae (Df).

— f. *glaucus* (JACQ.) GAUD. et f. *pubescens* (C. KOCH) FIORI rarius cum typo (Ro).

232. *R. nivalis* HEG. — In glar. alpinum Kom, in Sinjava vina pl. et Mali Durmitor (Pt, Ba).

233. *R. acetosa* L. — In pratis reg. subalpinae. — Visuša dol sub Crna planina, ad ped. m. Durmitor (Pt, Pč, Ro); Ledenica planina, Lastva čevska, Zagarać, Viljuša et Velestovo distr. Katunska (Ro); supra lacum Crno jezero et Savin kuk in monte Durmitor (De, Si).

235. *R. arifolius* ALL. — In pratis alpinis sub m. Kom loco Carine (Pt); Valoviti do in m. Durmitor (Ro).

*Oxyria* HILL.

\*238. *O. digyna* (L.) HILL. — In glar. alp. ad nivem deliquesc. m. Kom Kučki (Ba) et Maglić ad fines Bosnae raro (Ro); in m. Durmitor, loco Savin kuk (De, Si).

*Polygonum* L.

242. *P. maritimum* L. — In arenos. maritimis ad Bar et Ulcinj (Ba, Ro).

245. *P. aviculare* L. — In ruder., incultis et ad vias reg. infer. et subalp. in tota dictione frequens.

— subsp. *aequale* (LINDM.) A. GR. f. *procumbens* (GILIB.) HAYNE subf. *argyroclada* NADJI. — Ochreæ elongatae argenteæ. — In aren. marit. ad Bar (Do).

\*258. *P. persicaria* L. f. *angustifolium* BECKH. (= var. *longeciliata* OPIZ). — Foliis anguste lanceolatis utrimque longe ciliatis. — Ad viam pagi Kunji do pr. Njeguši (Pej, Ro).

— f. *bitense* F. SCHULTZ. — In incultis ad Bar (Ro).

259. *P. lapathifolium* L. — In fossis et ruderatis.

— subsp. *verum* SCHUST. f. *nodosum* (PERS.) GUENTH. — Circa Podgorica et Njeguši (Ro); Topolica pr. Bar (Do); in lacu sub m. Lovćen (Pej).

— subsp. *tomentosum* SCHRK. (= *P. incanum* SCHM.) — Ad ripam lac. Scodrani pr. Plavnica (Sz); in valle fl. Piva sub Mratinje et in valle fl. Lim inter Andrijevica et Berane, Gornje polje pr. Njeguši (Ro).

261. *P. amphibium* L. — In fossis et aquis stagnantibus. — Rijeka (Pt), lac. Rikavac sub m. Vila distr. Kuči, Mokro sub m. Dziebeze (Sz, Ba); Bar (Do); in lacu Scodrano (Pč, Ro, Eb).

— f. *terrestre* LEERS. — In fossa ad Topolica pr. Bar (Do).

262. *P. bistorta* L. — In irriguis, in pratis alpinis et subalp. frequens. — Viruša dol sub Crna planina, vallis Perućica, Sinjavina planina, m. Durmitor (Pt, Ro); Margarita et Varda sub m. Kom (Pč, Ro), Lukavica planina (Ho, Ro);

Ledenica, Lastva čevska et Velki Garać in nahija Katunska (Ro).

— f. *griseum* BECK. — Folia subtus dense griseo-pilosa. — In pasc. alp. in m. Javorje et Sinjavina planina (Ro); Krivi do distr. Piva (De, Si).

263. *P. viviparum* L. — In pratis et pascuis alpinis montium territ. septentr. et orient. frequens. — In m. Kom, Sinjavina, Durmitor (Pt, Pč, Sz, Ba, Ro); in m. Vila et Kunj Kostića distr. Kući (Sz, Ba); Maganik (Ho); Sjekirica, Zeletin, Bjelastica (Ro). E m. Lovćen adhuc non vidi.

264. *P. alpinum* ALL. — In gram. alp. et subalp. in Sjekirica planina in societ. *Wulfeniae carinthiaca* (Ro).

### *Fagopyrum* MILL.

265. *F. convolvulus* (L.) H. GROSS. — In arvis et ruderatis reg. infer. et mediae frequens. — Ad pag. Kovčice sub m. Durmitor (Pt); circa Orahovo distr. Kući (Ba); in valle fl. Piva sub Šavnik et Mratinje; circa Viljuša, Njeguši, Rijeka, Spuž, Danilovgrad, Bar et Andrijevica (Ro); circa Kolašin (Ja).

266. *F. dumetorum* (L.) SCHREB. — In dumetis ad Sinjac pr. Vir (Pč); circa Danilovgrad in valle fl. Zeta et circa Njeguši (Ro).

— var. *falax* ROHL. nomen novum (=var. *convolvuloides* ROHL. SBGW. I:104. 1912 nec BRUEGGER). — Fructus rugosostriatus non lucidus. — In dumosis ad Bjelice, Trešnja et Dubovik pr. Njeguši (Pej, Ro). Meo sensu haec planta non est *F. convolvulus* × *dumetorum*.

267. *F. vulgare* HILL. — In agris cultum et saepe subspont. (Ro).

### *Euphorbiaceae*

#### *Chrozophora* NECK.

\*269. *Ch. tinctoria* (L.) RAF. (= *Crozophora tinctoria* aut.) — In arenosis et lapidosis ad Podgorica (Ba); in fossa ad Bar (Do).

#### *Mercurialis* L.

271. *M. perennis* L. — In silvis reg. montanae et subalpinae. — Inter Cetinje et Njeguši; circa Šavnik sub m.

Ivica; in m. Balj et circa Andrijevica (Ro); in valle fl. Tara inter Matošev et Han Garančić (Ro, Ja); Sutorman supra Bar (Eb).

— f. *saxicola* BECK. — Ad viam e Njeguši ad Cetinje (Pej, Ro).

272. *M. ovata* STERNB. et HOPPE. — In silvis et dumetis reg. subalpinæ. — In m. Durmitor sub Crvena Stijena (Pč); Pirlitor pr. Žabljak distr. Drobniaci (Pej); in m. Balj et Žoljevica pr. Andrijevica; circa Viljuša et Šavnik; in valle fl. Piva sub Goraško; Lastva čevska distr. Katunska (Ro); Sinjavina planina (Ba).

— f. *angustior* VOLLM. — Rarius cum typo (Ro).

273. *M. annua* L. — In agris et ruder. reg. infer. frequens. — Circa Ulcinj, Bar, Vir, Podgorica, Danilovgrad, Rijeka etc. (Ro).

### *Euphorbia* L.

275. *E. dendroides* L. — In rupestr. dic. mediter. ad Vir, coenob. Ostrog et coenob. Morača (Pč, Ba); Vrojca distr. Kući (Ba); Limljani pr. Vir (Do).

\*276. *E. palustris* L. — In salicetis ad ripam lac. Scodrani pr. Plavnica (Ro, Ja).

277. *E. lingulata* HEUFF. — In dumetis ad Rapša pr. Han grabom, sed ultra fines Albaniæ, ca 750 m. (Df).

278. *E. polychroma* KERN. — In sax. et dumetis reg. calidioris. — Ad Boljevići, Vir et Danilovgrad dic. medit.; etiam in m. Čevski Lisac distr. nahija Katunska, ca 1000 m (Ro); Sutorman supra Bar (Eb).

— f. *denticulata* ROHL. — Folia apice serrulato-denticulata. — Cum typo ad Boljevići pr. Vir (Ro).

280. *E. fragifera* JAN. — In rupestr. vallis Perućica sub m. Kom (Pt); supra pag. Kovčice ad ped. m. Durmitor (Pt). An spec. sequens?

281. *E. montenegrina* (BALD.) MALÝ. (= *E. verrucosa* var. *m.* BALD.; *E. epithymoides* L. var. *serratifolia* ROHL. SBGW. XVII: 55. 1903). — Habitu similis *E. verrucosae* L., sed capsulae majores verrucis filiformibus purpureis dense obsiae, semina tenuiter punctatoscabra, caules sparse pilosi, folia

tenuiter serrata et ciliata, floralia orbiculata basin versus subpetiolata. — In rupestr. alp. et subalp. in m. Balj pr. Andrijevica (Ba, Ro), Jablan vrh in Sinjavina planina, Štirni do pr. Lukavica planina et in m. Durmitor (Ro).

282. *E. glabriflora* VIS. — In lapidosis ad lat. m. Vrh suta distr. Crmnica; Bijela Skala in Medjurečka planina pr. Bar (Ba); in m. Kosa et in angustiis Sutorman supra Bar (Do).

284. *E. spinosa* L. — In saxosis et lapidosis reg. merid. calidioris, praecipue dic. medit. frequens et vulgaris. — Viljuša, Njeguši, Cetinje, Rijeka, Vir, Podgorica, Danilovgrad, Veles tovo et Lastva čevska in nahija Katunska, Ulcinj, Bar etc.

— f. *intercedens* ROHL. SBGW. I: 109. 1912. — Umbellae radii pauci (1—3), radii foliis floralibus breviores. — In lapid. mobil. ad ped. m. Maglić pr. Mratinje in valle fl. Piva (Ro).

288. *E. carniolica* JACQ. f. *strictior* ROHL. SBGW. XXXVIII: 83, 1905. — Rami umbellae etiam fructiferi erecti. — In silva vallis Jelovica sub m. Bjelastica planina distr. Vasojevići, ca 1300 m (Ro); Volujačko jezero (forma typica); leg. MALÝ.

292. *E. capitulata* RCHB. — In glareosis, saxosis et lapid. mobil. reg. alpinae. — In m. Velka Jastrebica (Pč); m. Kom, Durmitor (Pt, Pč, Ba, Ro, Ja, De, Si), m. Maglić ad fin. Bosniae, m. Vojnik, Gradište et Jablan in Sinjavina planina (Ro); Fuša Rudnices et ad sept. latera m. Prokletija ad fines Albaniae (Df); in m. Velki Maglić distr. Kuči (Ba).

295. *E. stricta* L. — In ruderatis et lapidosis reg. infer. et mediae. — In valle fl. Piva supra coenobium Piva, circa Šavnik, Spuž et Danilovgrad (Ro); in m. Vermoš planina distr. Kuči ad fines Albaniae ca 1100 m (Df).

296. *E. platyphyllos* L. — In cultis, ad vias et in fossis in reg. calidore non frequens. — Circa Vir et Bar (Pč, Ro).

— var. *literata* (JACQ.) RCHB. (= *E. lanuginosa* THUILL.) — Cum typo ad Bar (Ro, Do).

298. *E. Domini* ROHL. SBGW. XXXVIII: 83, 1905. — Annua, a basi multicaulis, caulis simplicibus prostratis vel arcuato-ascendentibus pusillis, foliis sparsis estipulatis oblongo-cuneatis apice truncatis vel rotundatis a basi usque ad medium integris ceterum dentato-serratis, floralibus eis caulinis

subsimilibus, umbellae radiis 2—3 brevibus; involucri glandulis exapendiculatis transverse ovalibus ecornutis, capsulae globosae coccis dorso rotundatis, seminibus oblongo-ovatis areo- latim rugosis, caruncula transverse ovali, fere verticali. — In lapidosis ad Podgorica dic. mediterranea (Ro).

299. *E. helioscopia* L. — In cultis, ruderatis et ad vias reg. infer. et mediae frequens. — Circa Cetinje, Njeguši, Šavniki, Podgorica, Vir, Rijeka, Bar, Ulcinj, Andrijevica etc.; etiam ad Bukovica ad ped. m. Durmitor, ca 1400 m.

— var. *perramosa* BORB. — Cum typo ad Njeguši (Ro).

305. *E. Ničićiana* BORB. — In graminosis ad Nikšić, ca 800 m. (Ro).

306. *E. Seguierana* NECK. — In rupestr. circa Bosnici et Rijeka (Pt).

308. *E. characias* L. — In saxosis reg. infer. m. Rumija supra Bar (Ba); insula Lesandra in lacu Scodrano (Eb). Secundum cl. HAYEK dubia.

309. *E. veneta* WILLD. — In rupestr. et dumetis dic. mediter. — Circa Ulcinj, Bar et Vir; inter Cetinje et Rijeka supra pag. Dobrsko selo (Ro); in valle fl. Morača ad Bioče (Ja).

312. *E. amygdaloides* L. — In silvis et dumetis e dic. mediter. usque ad reg. subalp. frequens.

— var. *glaberrima* KUEMM. et JÁVORKA. — In monte Durmitor loco Savin kuk (De, Si).

— var. *Chaixiana* (TIMB.-LAGR.) BOISS. f. *pachyphylla* PANT. — In silvis cca Kovčice ad pedem m. Mali Durmitor, ca 1450 m (Pt).

\*— var. *fissicornis* HAY. (= *E. orjeni* BECK.) — In alp. m. Vermoš ad fines Albaniæ (Df); in m. Orjen (fide BECK).

313. *E. salicifolia* HOST. — In fruticetis vallis fl. Lim pr. Andrijevica ca 800 m raro (Ro).

315. *E. imperatifolia* VIS. — In rupestr. reg. mont. ad Bjelice pr. Njeguši; Trešnja et Presjeka sub m. Lovćen (Pej, Ro).

Plavnica, Kakarička gora prope Podgorica, Drušići versus Prevlaka prope Vir (Ro).

2494. *T. maritimum* Huds. — In graminosis regionis infer. et montanae. — Cetinje (Kn), Bar (Grimburg).

2495. *T. cinctum* DC. — A praecedente dignoscitur: stipulae pilis basi nodoso-incrassatis obsitae; capitula basi involucro 6—7-fido cincta. — In pratis regionis infer. mediterr. — Ad Bar (Ba), circa Ulcinj (Ro).

2498. *T. squarrosum* L. — In sepibus et ad margines pratorum vallis Zeta sub Danilovgrad (Pč), ad Drušići prope Rijeka (Ro).

2503. *T. arvense* L. — In incultis, arenosis, glareosis, ad vias e regione infer. usque ad subalp. 1800 m. — Cetinje (Pč), ad Rijeka, sub monte Kom Kučki (Ho), Kralje supra Andrijevica, inter monastir Morača et Bistrica (Ja), circa Ulcinj (Ba), Šavniki, Podgorica, in campo ad Čevo, Lastva čevska in nahija Katunska, Štirni do sub Lola planina, Farmaki, Drušići prope Rijeka (Ro), Crmnica (Eb).

2507. *T. stellatum* L. — In lapidosis et graminosis regionis infer. et montanae calidioris. — Ad Njeguši (Pč, Ro), Vir (Pč), circa Bar (Ro), Crmnica (Eb).

— subf. *xanthinoides* ROHL. Magy. Bot. Lap. III: 327. — Corolla dilute flava vexillo initio roseo. — Cum typo ad Bar et Ulcinj (ROHL. IV. Beitr. p. 38).

2508. *T. incarnatum* L. var. *Molinieri* (BALB.) DC. — In graminosis et lapidosis regionis infer. et montanae usque ad 1000 m. — Danilovgrad (Pt, Ro), Krstac prope Njeguši (Ho), Gornja Krivača et Trešnja sub monte Lovćen, Vir, Podgorica, Kokoti, Bar, Rijeka; etiam ad Andrijevica in rupestr. calcareis (Ro).

— f. *roseum* ROUY et FOUC. — Flores dilute rosei. — Cum typo ad Kralje supra Andrijevica (Ro).

\*— f. *stramineum* PRESL. — Flores luteo-albi. — In pratis ad Andrijevica (Df).

2511. *T. angustifolium* L. — In collibus siccis, in dumetis, lapidosis regionis infer. mediterr. et montanae calidioris usque ad 900 m. — Ad Danilovgrad (Pt, Ro, Pč), monastir Duga, Komani (Pt), ad Njeguši (Ho, Ro), Bioče (Ja), Ulcinj, Vir, Rijeka, Drušići (Ro), Bar (Ro, Do).

2512. *T. purpureum* LOIS. — A praecedente dignoscitur omnibus partibus robustioribus, foliolis latioribus, corolla multo maiore purpurea e calyce longe exserta, capitulis brevioribus demum strobiliformibus, dentibus calycinis valde inaequalibus inferiobus quam superiores fere duplo longioribus. — In graminosis, dumetosis regionis infer. mediterr. — Ad coenob. Ždrebanik prope Danilovgrad (Pt), Kakarička gora et Medun prope Podgorica (Ro).

2514. *T. noricum* WULF. — In pratis, pascuis, rupestribus regionis alpinae usque ad 2400 m. — In montibus Kom, Durmitor, Sinjavina planina (Pt, Pč, Ba, De, Si, No, Ro), Jas vorje planina (Pč), Štirni do, Pavlova livada (Ho, Ro), in monte Pivljan supra Kolašin (Ja), in montibus Dibala, Vila, Pešinjak, Planinica distr. Kuči (Ba), montes Maglić Pivski, Ledenica, Konjsk, Lukavica, Lola; Gradište et Jablan vrh supra Kolašin (Ro).

\*— — f. *maior* BOŠNJAK in Glasnik, Zagreb 1938. — Foliola maiora usque 4 cm longa et 19 mm lata. — Prokletija (Boš).

— — — subf. *biceps* BECK. — „Capitula bina, alterum minus, breviter pedunculatum.“ — Cum typo in Lukavica planina et in monte Durmitor (Ro, De, Si).

2517. *T. patulum* TSCH. — Ab affini et simili *T. medio* differt: caulis gracilior; folia supra stipulas brevissime petiolata vel sessilia, pars stipularum petiolo adnata hoc aequilonga; capitulo ovata laxiora, calycis tubus adpresso pilosus dentibus inaequalibus tubo dimidio longioribus\*) primo erectis dein patulis reflexisve. — In silvis, dumetis, saxosis regionis infer. et montanae calidioris. — Supra coenob. Morača (Pč), ad pagum Mali Mikulić sub monte Rumija (Ba), Krstac prope Njeguši, ad latera montis Zeblje prope Boljevići supra Vir (Ro), Crvena Stijena sub monte Durmitor(?) (Ba), in monte Kosa supra Bar (Do), in monte Rasovatac et ad Brčeli prope Vir; Sutorman supra Bar (Eb).

2519. *T. pratense* L. — In graminosis et pratis in tota ditione e regione inferiore usque ad alpinam. — Viruša dol sub Crna planina, Perućica sub monte Kom, in valle fl. Tara, Kovčice sub monte Durmitor (Pt), in valle fl. Zeta sub Danilovgrad (Pč), ad Rijeka (Ho), circa Kolašin frequens (Ja).

\*) Confer HAYEK Prodr. Fl. pen. Balc. I: 868.

Andrijevica, Trešnja sub monte Lovćen, Lukavica et Konjsk planina (Ro), in herbidis montis Vila distr. Kuči (Ba, sub var. *collino* GIBELLI et BELL).

\* — f. *heterophyllum* LEJ. et COURT. — Caulis humilis, foliola foliorum inferiorum multo minora obcordata apice emarginata. — Cum typo ad Njeguši, Andrijevica; Bukovica et Barno jezero sub monte Durmitor (Ro).

— — var. *sativum* SCHREB. f. *flavicans* (VIS.) HAY. — Caules crassi flaccidi inferne pilosi; corolla ochroleuca, sicca flavescens. — In dumetis pagi Medun (Sz).

\* — var. *Zetae* BOŠNJAK in Glasnik, Zagreb 1938. — Caulis robustus, ad 35 cm altus, adpresso pilosus, foliola inferiora obcordata, omnia in utraque facie pilosa; calyx copiose piloso-villosus; corolla rubra. Videtur intermedia inter var. *spontaneum* WILLK. et var. *nivale* KOCH. — In alp. montium Prokletija (Boš).

— — var. *nivale* SIEB. — Humilius, capitulis crassioribus, floribus sordide albis vel ochroleucis rarius in colore rubellum vergentibus; caule patule piloso, stipulis superioribus extus pilosis. — In pratis regionis alpinae et subalpinae. — Viruša dol sub Crna planina; in monte Kom; in valle Perućica sub monte Kom; Sinjavina planina, Durmitor (Pt), Piperska Lukavica (Ro).

— — — f. *minus* ROUY et FOUC. confer ROHL. V. Beitr. 29. — Caulis tenuis procumbens apice tantum adscendens; foliola et capitula minora. — Cum praecedente in pratis et pascuis alpinis in monte Lukavica planina et in monte Maglić Pivski (Ro).

2522. *T. ochroleucum* HUDS. — In herbidis, pascuis, dumetis regionis infer., subalpinae et alpinae. — Ad Rijeka (Pt), Ivica planina et Javorje planina (Pč), ad pagum Orahovo distr. Kuči (Sz), Nikšić, Štirni do (Ho), in monte Vjetnik distr. Bratonožići, inter coenob. Morača et Bistrica, Matoševo in valle fl. Tara, in monte Pivljan supra Kolašin; Kralje supra Andrijevica (Ja), circa Podgorica, Spuž, Viljuša, Goransko, coenob. Piva; Varda planina distr. Piva, in monte Vojnik, Barno jezero sub monte Durmitor (Ro), in valle rivi Vrbnica distr. Piva (De, Si).

2523. *T. pannonicum* L. — In graminosis et dumetis regionis subalpinae et alpinae. — Ad pagum Kovčice sub monte

Durmitor (Pt), in monte Ranisava distr. Drobnjaci; Korita rovačka et Piperska Lukavica (Ro).

2524. *T. Pignantii* FAUCHÉ et CHAUB. — Ab affini et simili *T. medio* dignoscitur caule patule villosa, foliolis latioribus ovatis, ovato-rotundis usque oblongis, stipulis latioribus ovatis vel ovato-lanceolatis acuminatis, calycis fauce glabro dentibus fere aequilongis tubo dimidio longioribus demum divergentibus, corolla ochroleuca calyce parum longiore. — In dumetis et saxosis, ad margines silvarum regionis infer. mediterr. et montanae calidioris usque ad 1400 m. — Ad Cetinje (Ba, Ce), Lovćen (Ba); Njeguši (Ld, Ro), circa Kolašin (Ja), Bijela Skala et Rumija supra Bar (Ba), Borkovići distr. Piva, Vir, Lijeva Rijeka, Andrijevica, ad latera montis Sutorman supra Bar (Ro), Vučji potok sub Vermoš planina (Df), Boljevići prope Vir (Eb).

— f. *piligerum* ROHL. Magy. Bot. Lap. III: 322. — Calycis tubus ad nervos longe pilosus. — Cum typo ad Andrijevica cca 800 m (Ro).

2525. *T. medium* L. subsp. *flexuosum* (JACQ.) A. GR. — In dumetis et ad margines silvarum regionis infer. et mediae calidioris. — Ad Vir (Pč), Rijeka (Ho), Krstac prope Njeguši (Ho), Seoce sub monte Balj (Ba), Viljuša; coenob. Piva; Lastva čevska (Ro), in monte Rumija supra Bar (Ba).

— subsp. *balcanicum* VELEN. Fl. bulg. 135. — „Caule praesertim superne dense molliter patentipiloso, stipulis e basi latiori sensim et longe acuminatis saepius submembranaceis, foliolis maioribus latioribusque, petiolis inferioribus longissimis, dentibus calycinis denique patentibus“ (VELEN. l. c.). — In silvis et dumetis regionis subalp. usque ad 1600 m. — Sub monte Kom Kučki (Ho); Šavniki; ad latera montis Balj supra Andrijevica, in valle fl. Lim; Bukovica sub monte Durmitor (Ro).

2527. *T. Cherleri* JUSL. — In lapidosis et arenosis regionis infer. mediterr. — Bioče in valle fl. Morača (Pt), Dukla prope Podgorica, circa Ulcinj, Bar, Podgorica (Ro).

2529. *T. lappaceum* L. — In graminosis et dumetosis regionis infer. mediterr. — Rijeka (Pt), Danilovgrad (Pč), Čeluga prope Bar (Ba), Kokoti in nahija Lješanska, Drušići prope Vir, Čemovsko polje prope Podgorica, ad Vir, Boljevići, Bar (Ro).

2530. *T. alpestre* L. — In dumetis et silvis regionis subalpinae et alpinae usque ad 1800 m. — In monte Ivica planina supra Šavnik (Pč), in monte Sinjavina planina; ad pagum Kovčice sub monte Durmitor (Pt), ad latera montis Hum Orahovski (Sz); Štirni do et Treblješ luka (Ho, Ro), circa Kolašin; in montibus Peh et Glave supra Kolašin; Trešnjevik distr. Bratonožići, Kralje prope Andrijevica (Ja), circa Andrijevica, in monte Balj, Korita rovačka et Lukavica planina, Bukovica, Žabljak, Crno jezero sub monte Durmitor, Šavnik, Božur et Varda planina distr. Piva, Mirac supra Kotor; ad latera montis Lovćen supra Njeguši cum f. *monostachyum* SER. (Ro).

— var. *durmitureum* ROHL. III. Beitr. 24. — Caulis gracilior; calyx 10—12nervius; flores minores. — In pascuis alpinis montis Durmitor cca 2000 m.

2532. *T. subterraneum* L. — In graminosis et dumetis regionis inferioris mediterr. — Circa Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica, Danilovgrad, Drušići prope Rijeka (Ro).

— f. *longipes* H. GRAY. — Laxum, flagelliforme, pedunculi elongati foliis longiores. — Cum typo in dumetis ad Kokoti in nahija Lješanska (Ro).

### Dorycnium VILL.

2535. *D. hirsutum* (L.) SER. var. *hirtum* (JORD. et FOURR.) RIKLI. — A sequente specie dignoscitur calyce regulariter profunde 5fido (non subbilabiato), corollis multo maioribus 12—14 mm longis albo-roseo-striatis carina atropurpurea, capitulis 4—10floris, caule ± dense piloso (non tomentoso), foliis breviter petiolatis (nec sessilibus), foliolis ± pilosis (non adpresse sericeis). — In saxosis et dumetis regionis infer. mediterr. — Circa Bar et Ulcinj (Ro), inter Limljani et Boljevići prope Vir (Eb).

— var. *italicum* (JORD. et FOURR.) RIKLI. — Cum typo ad Novi Bar (Ro, Do).

2538. *D. germanicum* (GREMLI) ROUY. — In lapidosis, herbidis, fruticetis regionis montanae, subalpinae, alpinae usque ad 2000 m. — Orlova Skala sub monte Kom; ad pagum Kovčice sub monte Durmitor (Pt); ad latera montis Hum Orahovski (Sz); in monte Rumija supra Bar (Ba); Krstac prope Njeguši (Ho, Ld, Pej); nahija Katunska locis pluribus:

Njeguši, Velestovo, Čevski Lisac, Viljuša, mons Lovćen; ad coenob. Piva; Jablan vrh supra Kolašin (Ro); Carine sub monte Kom (Ba), Savin Kuk in monte Durmitor; Pivska planina (De, Si).

2539. *D. herbaceum* VILL. — A praecedente dignoscitur caule et foliolis adpresso pilosis (nec sericeis), capitulis 15—25floris (nec 8—15), floribus longius pedicellatis, calycis dentibus breviter triangularibus (nec triangulari-lanceolatis), corolla minore (cca 4—5 mm). — In herbidis, silvis, dumetis regionis inferioris, montanae et subalpinae usque ad 1700 m. — Circa coenob. Ždrebanik (Pt), Limljani distr. Crmnica (Pč), Medun supra Podgorica (Sz), Cetinje (Kn), Kolašin (Ja), Kralje, Andrijevica (Ja, Ro), Bijela Skala supra Bar; in distr. Kući frequens: Čafa Gvozdeča, Orahovo, Trijepši, Hum Orahovski, mons Kunj Kostiča (Ba); circa Rijeka, Podgorica, Njeguši; in monte Ranisava prope montem Durmitor; in montibus Balj et Jerinja glava supra Andrijevica (Ro).

— var. *illyricum* BECK. — Caulis breviter pubescens, pilis elongatis nullis; foliola vix 10 mm longa sparse longe pilosa et brevissime puberula, capitulis minoribus, calycis dentibus brevissimis. — Cum typo ad Podgorica et Plavnica. In formis appropinquatis etiam ad Krstac prope Njeguši (Ro), Medun (Sz), Novi Bar (Do).

— f. *heterophyllum* ROHL. V. Beitr. 31. — Foliola foliorum inferiorum et mediorum obcordata apice emarginata et apiculata. — Cum var. *illyrico* ad Podgorica (Ro).

### *Lotus* L.

2540. *L. ornithopodioides* L. — Annuus; calyx ad medium bilabiatus dentibus lateralibus obtusis intermedio lanceolato dimidio brevioribus; legumen lineare compressum glabrum torulosum subarcuatum calyce multo longius; umbellae 2—5 florate. — In graminosis, lapidosis, cultis regionis inferioris mediae. — Circa Bar et Ulcinj (Ro).

2549. *L. corniculatus* L. subsp. *eucorniculatus* BRIQU. — In pratis, pascuis, herbidis, lapidosis e regione infer. mediterr. usque ad alpinam frequens, usque supra 2000 m.

— f. *ciliatus* KOCH. — Caulis glaber, foliola ciliata vel pilosa. — Frequens.

— — — f. *hirsutus* KOCH (cf. ROHL. V. Beitr. 31). — Caulis cum foliolis longe pilosus. — In regione subalp. et alpina.

— — — f. *grandiflorus* ROUY. — Parce pilosus; flores maiores. — Vermoš planina ad fines Albaniae (Df).

— — — var. *speciosus* VAL de LIEVRE. — Differt floribus majoribus aureis, carina apice nigricante, dentibus calycinis tubo brevioribus. — In pratis alpinis.

— — — var. *alpinus* SER. — Ut praecedens, sed caulis humilis procumbens, foliola parva ± pilosa, capitula pauciflora (1—3), corolla aurea extus et carina ± rubescens. — In pratis regionis alpinae. — In monte Velki Maglić (Sz); Tursko Ždrilo et Korita rovačka (Ho), Štirni do, Durmitor (Ro).

— — — var. *stenodon* BOISS. et HELDR. — Foliola parva pilosa; dentes calycini angustiores tubo dimidio longiores. — In pratis alpinis montium Kom et Mali Durmitor (Pt, Ro); Štirni do (Ro).

— — subsp. *tenuis* (KIT.) BRIQU. — In fossis et pratis humidis regionis inferioris. — Ad Vir (Pč), Bar (Ba, Do).

2551. *L. parviflorus* DESF. — A sequente dignoscitur umbellis 3—6-floris (nec 1—2-floris), caulis foliisque patule villosis (nec laxe pilosis), foliolis infimis petiolo duplo longioribus (nec dimidio), legumine oblongo calycem parum superante (nec pluries longiore). — In arenosis maritimis et in collibus siccis regionis infer. mediterr. — Circa Ulcinj (Ro).

2553. *L. angustissimus* L. — In herbidis, in dumetis regionis infer. mediterr. — Piperi (Pt), Čeluga prope Bar (Ba), Drušići prope Rijeka (Ro).

2555. *L. strictus* FISCH. et MEY. var. *albus* (JKA) HAY. — In campo Radovče polje cultus (Ho).

### *Securigera* DC.

2562. *S. securidaca* (L.) DEG. DOERFL. — In cultis, graminosis, lapidosis, ad margines silvarum et viarum regionis infer. mediterr. — Circa Ulcinj, Bar, Vir, Podgorica, Tudješ mile sub monte Sutorman, Drušići prope Rijeka (Ro).

### *Anthyllis* L.

2564. *A. Hermanniae* L. — Fruticosa, valde ramosa ramis spinescentibus; capitula pauciflora (1—3) ebracteata se-

cus ramos interrupte spicata; folia simplicia vel ternata, foliola subtus sericea; legumen glabrum. — In dumetis regionis montanae rarissime. — Adhuc solum ad Cetinje (Ba). Non vidi.

2567. *A. aurea* WELDEN. — In saxosis, lapidosis, dumetosis regionis montanae et subalpinae usque ad 1700 m. — Mali Lonac sub monte Sutorman (Pč, Do), Mužnica Skala distr. Primorje (Ba), in monte Vojnik, Lovćen, Konjsk et Lukavica planina, Korita rovačka (Ro), in monte Kosa supra Bar (Do), in monte Rasovačka prope Vir (Eb).

— f. *aurantiaca* PANT. — Flores aurantiaci. — Cum typo ad Vučje gornje prope Gvožd Han (Pt), Bogojeva glava supra Njeguši (Pej, Ro).

2568. *A. montana* subsp. *Jacquini* (A. KERN.) HAY. — In saxosis, glareosis, calcareis, pascuis regionis subalpinae usque in alpinam usque ultra 2200 m. — In montibus Kom (Pt), Durmitor (Pč), Gradište, Jablan supra Kolašin (Ba, Ro), Kunj Kostiča, Hum Orahovski, Žijovo, Pešinjak, Planinica distr. Kuči (Ba), Lovćen, Vojnik, Ledenica et Božur planina distr. Piva (Ro), Rumija (Do), Pivska planina (De, Si).

— f. *atropurpurea* VUKOT. — Flores 9—12 mm longi, corolla intense rubropurpurea. — Cum typo in monte Planinica distr. Kuči (Ba); Savin Kuk in monte Durmitor (De, Si).

2569. *A. vulneraria* L. subsp. *polyphylla* (KIT.) HAY. — In pratis subalpinis. — In monte Rudo brdo supra Andrijevica (Ja), in valle fl. Lim prope Andrijevica (Df).

— subsp. *vulneraria* (L.) HAY. — Ad viam e Kotor ad Njeguši sub Krstac cca 600—700 m (fide BECKER), ad Njeguši loco Pračište (Ro).

— var. *pseudovulneraria* SAG. f. *cattarensis* SAG. — Torinje prope Njeguši (Pej, Ro).

— subsp. *Spruneti* (BOISS.) BORNM. var. *illyrica* (BECK) HAY. — In herbidis, lapidosis, rupestribus regionis infer. mediterr. — Ad Ulcinj (Ro), Volovica prope Pristan Bar (B), circa Rijeka (Ro).

— f. *praepropera* (A. KERN.) HAY. — In graminosis montis Lovćen (forma caule adpresse piloso, Ro, Pej).

— subsp. *pulchella* (VIS.) BORNM. — In rupestribus e regione montana usque in alpinam. — Circa Njeguši; in monte

Lovćen (Huter, Ro), in monte Kunj Kostiča distr. Kuči (fide BECKER), Kom Kučki (fide BECK), in monte Durmitor (No).

— var. *scardica* (WETTST.) BORNM. — In alp. montium Kom (Sz, Pt), Hum Orahovski, Rupa Konjska sub monte Vila distr. Kuči (Sz); in monte Pivljan supra Kolašin (Ja), Jezerski vrh in monte Lovćen (Ho), Piperska Lukavica, Jablan vrh supra Kolašin, Kom Kučki, Maglić Pivski, Durmitor ultra 2200 m (Ro).

— f. *Baldaccii* SAG. — In lapidosis et saxosis regionis alpinae in monte Vila supra Rikavac distr. Kuči (Df).

— f. *montenegrina* DEG. et FIALA. — In pratis alpinis montium Hum Orahovski et Kunj Kostiča distr. Kuči et in monte Durmitor (Ba).

— var. *monticola* (SAG.) HAY. — Cum typo supra Njeguši ad latera montis Lovćen (Huter, Ld, Pej, Ro); in campo Donja Zeta prope Podgorica (Ro).

— subsp. *alpestris* (KIT.) HAY. — In pascuis et pratis alpinis. — In montibus Kom, Durmitor (Pt), Maglić Pivski (B).

— var. *dinarica* BECK. — In rupestribus alpinis supra Fuša Rudnices prope Gusinje; in monte Vila distr. Kuči (Df), in valle fl. Jelovica prope Andrijevica, in alp. montis Maglić Pivski usque ad 2000 m (Ro).

— subsp. *vulgaris* (A. KERN.) HAY. — In pratis ad Andrijevica (Ho), Danilovgrad (Pt) (?).

### *Lupinus* L.

2575. *L. hirsutus* L. — In pratis, lapidosis, agris regionis inferioris et montanae. — Ad latera montis Rumija (Ba), in pratis circa Bar (Ba, Ro), in campo ad Podgorica; cultus ad Danilovgrad et ad pagum Bijela prope Nikšić (Ro).

\*2577. *L. graecus* BOISS. — In arenosis dicionis mediterr. ad Bar (Ro).

### *Cytisus* L.

2583. *C. nigricans* L. — In dumetis et rupestribus regionis infer. et mediae. — Ad rivum Morača super. (Pč), Kačmenjak (Ho). An loca hic enumerata ad var. sequentem pertinent?

— var. *sericeus* ANDRAE. — Caulibus, calycibus, leguminibusque argenteo-sericeis, foliolis et floribus minoribus. — Circa

pagum Zagarać supra Danilovgrad, circa Vir, inter Bogetići et Nikšić (Ro); Bar (Ba), in monte Rumija (Do); Limljani prope Vir (Eb).

2585. *C. procumbens* (W. K.) SPR. — In rupestribus regionis subalpinae. — Lipovo prope Kolašin (Pt).

2586. *C. diffusus* (WILLD.) VIS. — A praecedente differt ramulis 5-angulis non alatis, foliis glabris, pedicellis calyce glabro  $1\frac{1}{2}$ -3-plo longioribus, floribus 1—3 fasciculatis, corolla calyce solum duplo (nec ter) longiore, legumine glabro vel parce piloso.

\*— f. *adpresso-pilosus* LINDB. f. Iter Austro-Hung. 49. — „A planta typica differt innovationibus et foliis subtus sat dense adpresso pilosis, pedicellis calycibusque adpresso ± pilosis, leguminibus hirsutis, floribus 10 mm longis numerosis inflorescentiam longam laxam formantibus.“ (LINDB. l. c.). — In saxosis juxta viam inter Krstac et Njeguši cca 970 m (Ld, Ro), Cetinje (Bo fide LINDB.), Stare Strane sub monte Lovćen (Pej, Ro), Ledenica planina (Ro).

\*— subf. *glabricalyx* ROHL. VI. Beitr. 20. (= *C. procumbens* f. *glabricalyx* ROHL. VIII. Beitr. 11). — Calyces glabri solum ad dentes barbulati. — Cum typo ad Krstac prope Njeguši (Pej, Ro).

2587. *C. decumbens* (DURANDE) SPACH. — Ramulis, foliis (subtus et margine), calyce et leguminibus dense pustule pilosis. — In rupestribus et dumetis regionis subalpinae et alpinae usque ad 1800 m. — In montibus supra Andrijevica: Jerinja glava, Žoljevica, Balj, Sjekirica (Ro).

2593. *C. hirsutus* L. subsp. *leucotrichus* (SCHUR.) A. GR. — In dumetis et silvis regionis infer. et subalp. — Peručica sub monte Kom (Pt, Ro), in monte Lovćen (Ba), Cetinje (Ld), circa Ulcinj, Vir, Podgorica, Bjelice prope Njeguši, Ledenica, Božur et Varda planina distr. Piva (Ro), Lipovo prope Kolašin (Pt).

— subsp. *ciliatus* (WAHLENB.) A. GR. var. *alpestris* (SCHUR) BRIQU. — Rami procumbentes vel apice adscendentes, foliola ± elliptica utrimque pilosa. — In dumetis regionis subalpinae usque ad 1600 m. — Božur planina distr. Piva, in montibus Žoljevica et Sjekirica supra Andrijevica (Ro), ad Njeguši (Bo).

— — — f. *aberrans* BECK. — Legumen in faciebus parce pilosum. — Cum typo (fide BECK).

2597. *C. supinus* L. — Rami et petioli patule pilosovillosi. — In dumetis ad Grahovo (Pč).

2599. *C. Tommasinii* VIS. — Rami et petioli dense breviter adpresso pilosi; foliola viridia subtus vel utrimque adpresso pilosa. — In saxosis, inter dumeta, ad margines silvarum e regione inferiore ad subalpinam usque ad 1600 m. — Piperi, Sušica prope Danilovgrad (Pt); ad Ostrog et coenob. Morača; sub monte Kljuć prope Kolašin (Ba), inter Bistrica et coenob. Morača (Ba, Ja), in valle fl. Tara ad Matoševo et Kolašin, in montibus Pivljan, Trešnjevik, Peh, Glave distr. Vasojevići; Kralje prope Andrijevica (Ja, Ba), Konjuhe sub monte Kom (Ba), ad Vir; Drežnica prope Nikšić, Boljevići versus Sutorman, inter Krstac et Kotor (Ro), ad Medun (Ba), Boljevići et Limljani prope Vir (Eb), Ivanov laz prope Njeguši (Pej, Ro), in montibus Balj et Jerinja glava supra Andrijevica; Perućica sub monte Kom, Lipovo prope Kolašin (Ro).

2601. *C. austriacus* L. — Rami adpresso pilosi; foliola subtus incano-sericea; corollae vexillum extus sericeum. — In dumetis regionis montanae. — Nahija Katunska: Čevo, Pišine Strane (Pč), ad coenob. Morača (Ba). Verosimiliter (saltem p. p.) ad speciem praecedentem pertinet.

### *Petteria* PRESL.

2616. *P. ramentacea* (SIEB.) PRESL. — In regione inferiore et montana calidiore vulgaris dumeta vasta constituens usque ad 1200 m. — Circa Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica, Danilovgrad, Nikšić; nahija Katunska: Njeguši, Cetinje, Čevo, mons Lovćen, Viljuša, Grahovo, Rudine nikšičke; in distr. Kuči in regione inferiore et montana; tota nahija Lješanska; in monte Vjetnik in declivibus merid.; in dizione septentrionali rarissime: adhuc solum in valle fl. Piva sub Gorańsko et supra vicum Krstac.

### *Genista* L.

2628. *G. silvestris* SCOP. subsp. *innocua* (VIS.) HAY. — In silvis et dumetis regionis infer. et montanae usque ad 1200 m. — Nahija Lješanska; in monte Tvrđak in nahija Katunska (Ro), ad Njeguši loco Kučista (Pej, Ro).

— — subsp. *dalmatica* (BARTL.) LINDB. f. — Patule pilosa; spinae patentes rigidiores. — In lapidosis et dumetis regionis montanae et subalpinae. — Čafa Gvozdeča prope Orahovo (Ba), Kamenjak (Ho), Borkovići distr. Piva (Ro). — — — f. *parce-pilosa* LINDB. f. — Planta sparse subadpresso pilosa; spinae rigidae. — Cum typo ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

2629. *G. germanica* L. — In saxosis regionis montanae ad Grahovo (Pč).

\*2630. *G. pilosa* L. — In declivibus montis Javorje versus vallem fl. Morača super. (Pč), in monte Suhı vrh prope Kom (Ba).

2632. *G. Villarsii* CLEM. — Flores 1—3 ni axillares breviter racemosi; folia simplicia parva oblongo-lanceolata complicata subtus dense adpresso sericea; pedicelli ebracteolati. — In saxosis regionis montanae ad Cetinje (Pt); Medun distr. Kuči; Konjuhe prope Andrijevica; Kolašin (Ba).

2635. *G. sericea* WULF. — In apricis lapidosis, in rupestribus, inter dumeta regionis infer. et montanae calidioris. — Ad Cetinje (Pč, Ba), Mali Lonac sub monte Sutorman (Pč, Ba); Vrh Suta, Mužnica, Bijela Skala supra Bar (Ba); circa Njeguši et ad latera montis Lovćen frequens (Gi, Pej, Ja, Ro); in collibus ad Podgorica; in rupestribus ad ripas fl. Morača infer.; circa Boljevići et Vir (Ro); ad Vrojca et Medun distr. Kuči (Ba); in monte Kosa supra Bar (Do), Crmnica (Eb).

— — var. *rigida* PAMP. — „Humilior, cca 10 cm alta; folia minora ovata vel elliptica latitudine circa duplo longiora, juvenilia hinc inde supra sparse pilosa.“ — Cum typo rarius.

\*— — — f. *brevifolia* BECK Fl. Bosne III: 194. — „Folia omnia elliptico-oblonga rotundata, superiora nec longiora nec angustiora rotundata vix acuta“ (BECK l.c.). — Ad Cetinje (B).

\*2637. *G. tinctoria* L. — In dumetis, silvis, herbidis regionis infer. et subalp. usque ad 1600 m. — Circa Vir et Danilovgrad (Pč, Ro), Radovče polje (Ho), in pascuis Štavna et Kozel sub monte Kom (Ja, Ro), circa Bar, Ulcinj, Podgorica, Njeguši, Plavnica (Ro), Andrijevica (Ba).

2639. *G. ovata* W. K. — A praecedente dignoscitur cauleibus hirsutis, ramulis pubescentibus, foliis saepe ovatis sub-

tus et ad marginem longe pubescentibus, leguminibus oblongis ad 4 cm longis dense patule pilosis. — In pratis, pascuis, dumetis regionis subalp. et alpinae, 1200—1900 m. — Varda sub monte Kom Vasojevički (Ba), Jerinja glava supra Andrijevica, Ljut supra coenob. Piva (Ro).

2642. *G. januensis* VIV. — In saxosis et dumetis regionis montanae et alpinae usque ad 1900 m. — Mratinje sub monte Maglić Pivski in valle fl. Piva, in monte Jablan vrh supra Kolašin, ad pedem montis Balj prope Andrijevica, Lješanska nahija (Ro).

\*2646. *G. sagittalis* L. — In pratis, lapidosis, dumetis, ad margines silvarum regionis montanae et subalpinae usque ad 1600 m. — Viruša dol sub monte Crna planina, Sinjavina planina (Pt), Kovčice et Bukovica sub monte Durmitor (Pt, Ro), sub monte Kom loco Kukuraj (Pč), in monte Balj supra Andrijevica (Ba, Ro), Bukovica sub monte Durmitor; Borkovići et Zakamen distr. Piva (Ro), Han Garančić, Matoševo, Kolašin in valle fl. Tara; in montibus supra Kolašin: Pivljan, Trešnjevik, Rudo brdo, Peh, Glave frequens (Ja); Kralje supra Andrijevica (Ja, Ro).

### *Spartium* L.

2647. *S. junceum* L. — In rupestribus et dumetis regionis inferioris mediterraneae. — Circa Vir (Pč); Tudjemile sub Sutorman (Ho), circa Ulcinj et Bar frequens; ad Podgorica et in Lješanska nahija rarius (Ro); ad Nikšić (Ba), ad Andrijevica? (Ba).

### *Ornithopus* L.

2648. *O. compressus* L. — In lapidosis, arenosis regionis inferioris mediterraneae. — Ad coenobium Dajbaba prope Podgorica (Ro).

### *Coronilla* L.

2650. *C. emerus* L. subsp. *emeroides* (BOISS. et SPR.) HAY. — In saxosis et dumetosis regionis montanae calidioris usque ad 1200 m. — Ad Grahovo et Vir (Pč, Ro), circa Njeguši et Cetinje (Ld, Pej, Ro), in valle fluminis Morača inter Bioče et coenobium Morača (Ja), ad latera montis Sutorman supra Bar, ad pagum Velki Mikulić sub monte Rumija (Ba), circa Ulcinj, Bar, Podgorica, Danilovgrad, Bioče

frequens; circa Andrijevica rario: ad latera montis Balj et in valle fluminis Perućica sub monte Kom; etiam in valle fluminis Piva inter Šavniki et Mratinje!! (Ro); lacus Biogradsko jezero (Čer).

2652. *C. valentina* L. — Fruticosa effusa, ramis striatis, stipulis deciduis liberis inferioribus oblongis, superioribus reniformi-orbiculatis foliolis saepe latioribus maioribusque 3—4 jugis cuneato-oblongis, terminale lateralibus non maiore, pendunculis elongatis 6—9-floris; floribus luteis, alarum carinaeque apice siccando virescente, legumine compresso-tetragono 4—7-articulato, articulis facile secedentibus. — In dumetis regionis inferioris mediterraneae. — Ad Ulcinj (legit Fuehrer, teste DEGEN; Ba).

2654. *C. vaginalis* LAM. — In graminosis summi montis Hum Orahovski (Sz).

— f. *aurantiaca* ROHL. Magy. Bot. Lap. III: 322. — Flores intense aurei vel subaurantiaci. — In graminosis alpinis montis Jablan supra Kolašin cca 2200 m (Ro).

2656. *C. coronata* L. — A praecedente dignoscitur: caules elati, erecti, stipulae minutae foliolis minores apice liberae mox deciduae, legumen obtuse quadrangulum 2—3-articulatum (nec sexangulare 3—8-articulatum), umbellae 15—20-florae (nec 5—8-florae). — In graminosis alpinis et subalpinis montis Maganik (Ho), supra vallem rivi Piva prope Krstac cca 1200 m (De, Si).

2658. *C. varia* L. — In graminosis, pratis, dumetis regionis inferioris et subalpinae usque ad 1600 m. — Danilovgrad et Zagarač (Pt), ad Njeguši et Cetinje (Pč, Eb, Sz, Ro); Orahovo, mons Dziebeze, sub monte Hum Orahovski (Sz), circa coenobium Piva; Golo brdo supra Njeguši (Pej, Ro), Veles-tovo in nahija Katunska, circa Andrijevica (Ro); Kralje supra Andrijevica, Kolašin (Ja); ad Vunsaj supra Gusinje (Df), Velki Maglić distr. Kuči (Ba).

— f. *recta* HAY. — Caules erecti firmi cca 60 cm alti nec procumbentes. — In alpinis dicionis septentrionalis montis Prokletija ad fines Albaniae (Df).

— var. *pauciflora* GRIS. Spic. I: 61. — Foliola 5—6-juga minora; umbella 5—10-flora, flores minores. — In subalpinis (HAYEK Prodr. Fl. penins. Balc. I: 919). — In valle rivi Vrbnica distr. Piva (De, Si).

2660. *C. cretica* L. — A praecedente dignoscitur radice annua, umbellis 3—7-floris, pedunculis florum calyce aequilongis, foliolis 13—17, floribus minoribus (cca 5 mm), legumine recto. — In rupestribus et ad muros regionis inferioris mediterraneae. — Ad Bar (Ro, Do).

2662. *C. scorpioides* (L.) KOCH. — Annua; folium terminale lateralibus 1—2 jugis multo maius; umbellae paucis (2—4-)florae, flores parvi lutei; legumen 6—8 angulatum stria-tum arcuatum. — In cultis, ruderatis, lapidosis regionis inferioris mediterraneae. — Dobrsko selo inter Rijeka et Cetinje (Pt), circa Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica, Spuž, Danilovgrad usque ad 400 m (Ro).

*Hippocrepis* L.

2664. *H. comosa* L. subsp. *eucormosa* HAY. — In rupestribus, graminosis, glareosis e regione inferiore (rarior!) usque ad alpinam ultra 2000 m! — Limljani prope Vir (Pč), Crna planina distr. Kuči (Pt), montes Kom et Durmitor (Pt, Ro), ad Njeguši sub monte Lovćen (Sz, Pej, Ro), in alpinis montis Maganik (Ho), in monte Dibala supra Kostića distr. Kuči (Ba), in valle Perućica sub monte Kom, in alp. Sjekirica et in monte Zeletin supra Andrijevica, Bjelastica planina supra Kolašin, Jablan vrh in Sinjavina planina, Javorje planina (Ro), Crmnica (Eb), Savin Kuk in monte Durmitor (De, Si).

? — subsp. *glaucia* (TEN.) ROUY. — Adpresse canescens-pilosa; foliola anguste oblonga; pedunculi valde elongati; sinus lomenti leviter arcuati. — In alpinis montis Durmitor jugo Šljeme a cl. PANČIĆ et e monte Lisa prope Andrijevica a cl. BALDACCI indicata. Verosimiliter ad plantam typicam pertinet (confer ROHLENA V. Beitr. p. 34; BECK Fl. Bosne III: 295).

2666. *H. ciliata* WILLD. — Annua; caulis adscendens vel erectus; foliola anguste cuneata; umbellae 2—6-florae, pedunculus folium subaequans; flores 3—4 mm longi; legumina parum curvata parte seminifera papillis rufis vestita sinubus in latere concavo fructus sitis. — In graminosis siccis lapidosis regionis inferioris mediterraneae. — Circa Bar et Ulcinj (Ro).

2668. *H. unisiliquosa* L. — A praecedente differt caule procumbente, foliolis retusis, floribus axillaribus solitariis, rarius binis, subsessilibus, leguminibus rectis vel leviter curvatis sinubus saepius ad latus convexum spectantibus. — In gra-

minosis apricis regionis inferioris mediterraneae. — Ad Ulcinj; collis Volovica ad Bar (Ro).

*Scorpiurus* L.

2671. *S. subvillus* L. subsp. *eusubvillus* HAY. — In graminosis, cultis, lapidosis regionis inferioris mediterraneae. — Circa Bar, Ulcinj, Podgorica (Ro).

*Onobrychis* HILL.

2686. *O. alba* (W. K.) DESV. subsp. *eualba* HAY. var. *dalmatica* ŠIRJ. — A typo dignoscitur internodiis abbreviatis brevibus pedunculos longissimos gerentibus reductis (interdum planta subacaulis est), foliolis minoribus et angustioribus, racemis brevioribus (ŠIRJAEV Revisio *Onobrychis* critica I: 106). — In graminosis et rupestribus montis Šarišnik supra Goransko distr. Piva cca 1000—1200 m.

— subsp. *laconica* (ORPH.) HAY. — Caulis gracilis adscendens, flexuosus, calycis dentes vix 2—2 $\frac{1}{2}$ plo tubo suo longiores molliter dense pilosi saepe fusti; corolla alba vel pallide rosea vexillo carinaque + roseostriatis. — In pratis et pascuis regionis subalpinae et alpinae. — Ad Sutivan (leg. Ebel sub *O. alba* teste ŠIRJAEV); in alpinis montis Javorje planina (Ro, sub *O. sativa* var.); Ledena planina (Ro); in monte Lovćen forma foliis minoribus et foliis angustioribus (Pej, Ro); Tudjemile supra Bar (Ba).

2687. *O. arenaria* W. K. vide 2691 sub *O. ocellata* BECK.

2688. *O. viciaefolia* SCOP. — Verosimiliter solum introducta.

2689. *O. montana* LAM. — In glareosis regionis subalpinae et alpinae.

— subvar. *scardica* (GRIS.) HAY. — Foliola parva orbiculari-ovata vel elliptica; dentes calycini tubo suo duplo longiores sparse ciliati. — In graminosis, pascuis, lapidosis regionis subalpinae et alpinae in omnibus montibus dicionis septentrionalis et septentr.-orientalis. — Nikolin do in monte Durnitor (Blau teste ŠIRJAEV), in herbidis montis Ivica supra Šavniki, in pratis alpinis montis Kunj Kostiča distr. Kuči (Ba), in monte Hum Orahovski aversus Konjska Rupa (Sz, Ba), in

declivibus septentrionalibus et occidentalibus montis Kom Kučki (Ja), in montibus Kom (Kosta Marić), Pišće, Nedajno in Pivska planina; Ledena et Čirova pećina in monte Durmitor (De, Si), in monte Pivljan supra Kolašin (Ja), Lukavica planina (Ho), Kom, Sinjavina, Durmitor, Javorje planina (Pt, Pč, Ro); mons Vojnik (Ba); in montibus Dibala, Vila, Strunga distr. Kuči, Ledenica planina distr. Piva, Maglić Pivski; Bukovica et Ranisava sub monte Durmitor; Štirni do prope Lukavica planina forma ad *O. montanam* typicam valde transiens (Ro).

2691. *O. ocellata* BECK (= *O. Tommasinii* JORD.). — Ab affini *O. arenaria* SER. dignoscitur racemis ante anthesin oblongis apice cylindraceis acutis dentibus calycinis subcomosis, subsetaceis 3—4-plo tubo suo longioribus. — In herbidis et lapidosis e regione inferiore (rarius!) usque ad subalpinam ad 1600 m adscendens. — In arvis et pratis prope Bar; in herbidis sub Varda, mons Kom Vasojevički; circa pagum Orahovo distr. Kuči forma ad *O. oxyodontam* transiens (Ba); ad Smiljanici (Ebel teste ŠIRJAEV); circa Njeguši locis pluribus: Torinje, Bogojeva glava, Zanovetni brije (Pej, Ro); ad Podgorica; Drežnica supra Nikšić (Ro). Saepe occurruunt formae ad *O. oxyodontam* transeuntes. In saxosis ad Šavniki legi formam, quae valde ad *O. arenariam* transit — fide ŠIRJAEV (ROHLENA V. Beitr. 34 sub *O. arenaria*).

2692. *O. oxyodonta* BOISS. — Caulis humilis adscendens; foliola 6—8-juga, dense approximata elliptica complicata breviter subargenteo-pilosa; racemi floriferi ovati vel ovato-oblongi 1—3—(4) cm longi ad summum 25-flori, fructiferi quoque abbreviati; calyx adpresso pilosus, calycis dentes tubo suo  $1\frac{1}{2}$ —4-plo longiores margine pilis brevibus ciliatuli. — In regione inferiore et montana. — In glareosis ad Premiči distr. Kuči; in silvis Olearum ad Dabanova Voda prope Bar; in aridissimis secus viam Pristan-Spica ad fines Dalmatiae (Ba), in calcareis circa Medun (Sz), in declivibus montis Balj supra Andrijevica (Ro).

2694. *O. aequidentata* (S. S.) URV. — Annua; racemi pauciflora (1—5)-flori, corolla purpurea calyce tertia parte longior; legumen muticum vel parce spinosum, crista in 5—6 lacinias triangulares integerrimas subaequales partita. — In colibus apricis regionis inferioris mediterraneae. — Ad Pristan Bar (ASCH. GRAEB. Syn. VI. 2: 802).

2695. *O. caput-galli* (L.) LAM. — A praecedente dignoscitur foliolis oblongo-linearibus (nec oblongo-ellipticis), pedunculis 3—6 floris folio suo aequilongis vel parum (nec multo) longioribus; dentes calycini tubo duplo (nec 3—4 plo) longiores; corolla rosea (nec purpurea) calycem subaequans (nec tertia parte longior); legumen ad discum dense spinosum, crista in spinas numerosas subulatas partita. — In arenosis, lapidosis, graminosis regionis inferioris mediterraneae. — Circa Bar (Ba, Ro).

### *Thymelaeaceae*

*Lygia* FASANO.

2697b. *L. passerina* (L.) FASANO. — In lapidosis et arvis regionis inferioris et montanae usque ad 900 m. — Ad Podgorica, Andrijevica; Mratinje sub monte Maglić; Poščensko jezero supra Šavniki (Ro).

— f. *pilifera* ROHL. V. Beitr. 106 (= *Thymelaea arvensis* f. *pilifera* ROHL. III. Beitr. 54). — Caulis pilis longis albis adpressiusculis vel subpatentibus praeditus. — Cum typo ad Bogetići et Dragovoljići supra Danilovgrad; Rudine nikšićke copiose (Ro).

### *Daphne* L.

2702. *D. mezereum* L. — In silvis regionis subalpinae usque ad 1600 m. — Viruša dol sub Crna planina, in valle fluminis Perućica sub monte Kom (Pt), in silvis sub monte Durmitor (Pt, Pč, Ro), in monte Maglić Pivski, ad coenobium Piva, ad latera montis Balj supra Andrijevica (Ro), Sinjavina planina et mons Vojnik (Ba, Ro).

\*2703. *D. laureola* L. — In valle fluminis Morača prope coenobium (Ba).

2705. *D. Blagayana* FREYER. — In silvis regionis subalpinae. — Ad lacus Riblje jezero et Crno jezero sub monte Durmitor (Pč, Ro), in monte Vojnik; Vratlo in Sinjavina planina; mons Ključ supra Kolašin (Ba).

\*2707. *D. alpina* L. subsp. *eualpina* HAY. — In rupestribus regionis montanae, subalpinae, alpinae. — In monte Vučji Zub (Pč), Sutorman supra Bar (Ba), Radovče polje (Ho); in monte Lovćen; circa Njeguši et Cetinje; in monte Ranisava sub monte Durmitor (Ro).

- \*— f. *glabrescens* BECK. — Supra vallem Vrbnica prope Orak distr. Piva; in monte Durmitor loco Savin Kuk (De, Si).
- \*— subsp. *oleoides* (SCHREB.) HAY. var. *glandulosa* (BERTOL.) HAY. — Folia coriacea sempervirentia supra albo-punctata juvenilia utrimque pilosa adulta supra glabrescentia, laciniae perianthii tubo suo paulo breviores. — In rupestribus subalpinis et alpinis. — Jablan vrh in monte Vojnik, in monte Velki Maglić distr. Kuči (Ba); Javorje planina; Dobri do in monte Durmitor; in monte Žoljevica prope Andrijevica (Ro).
- \*— f. *pseudojasminea* ROHL. VIII. Beitr. 1931 pag. 11. — Foliis multo minoribus adultis etiam subtus glabris, receptaculis tubo glabro vel subglabro, ovario subglabro. — In rupestribus montis Maglić Pivski cca 2000 m (Ro).

## *Lythraceae*

### *Lythrum* L.

- \*2716. *L. salicaria* L. — In paludosis, pratis udis, ad ripas e regione inferiore usque ad subalpinam. — In valle fluminis Zeta sub Danilovgrad (Pč), ad ripas lacus Skadarsko jezero (Pč, Ja, Ro), ad Rijeka (Kn), sub monte Kom Kučki (Ho), ad coenobium Morača, Kolašin, Kralje, Pivljan (Ja), in valle Lim ad Andrijevica (Ja, Ro), Zmijničko jezero sub monte Durmitor, circa Nikšić frequens; Perućica sub monte Kom, Mratinje sub monte Maglić, circa Bar et Ulcinj (Ro).
- \*— f. *glabricaule* KOEHNE. — In incultis pagi Orahovo distr. Kuči (Sz), Lipovik prope Rijeka (Ro).
- \*— var. *tomentosum* (MILL.) DC. — Folia utrimque dense incano-pubescentia vel tomentosa. — Cum typo ad Bar (Ro, Do).

2716b. *L. virginatum* L. — In fruticetis udis, ad ripas regionis inferioris. — Circa Rijeka (Pt, Kn), ad Vir (Pč), in valle fluminis Zeta sub Danilovgrad (Pt); ? Konjuhe prope Andrijevica (Ba).

2718. *L. hyssopifolia* L. — In incultis, inundatis, fruticetis uliginosis regionis inferioris. — Circa Rijeka et Danilovgrad (Pt), ad Bar (Ba, Do).

\*2719. *L. thymifolia* L. — A praecedente dignoscitur calyce 4-nervio, dentibus calycinis et epicalycinis 4, staminodiis 4. — In humidis regionis inferioris. — Ad Drušići prope Rijeka (Ro).

2720. *L. tribracteatum* SALZM. — A *L. hyssopifolio* dignoscitur foliis obtusis omnibus alternis, bracteolis florum conspicuis (nec minutis), dentibus epicalycinis triangularibus obtusis, petalis purpureis. — In arvis regionis inferioris. — Ad Šavica distr. Lješanska (Pč), Vrojca distr. Kuči (Ba). (An ne ad spec. praecedentem pertinet?)

*Peplis* L.

2722. *P. portula* L. — In uliginosis et ad fossas regionis inferioris et subalpinæ usque ad 1200 m. — Ad Danilovgrad, in monte Balj supra Andrijevica (Ro).

*Ammannia* L.

2724. *A. verticillata* LAM. — In inundatis regionis inferioris. — Ad Rijeka (Pt).

**Myrtaceæ**

*Myrtus* L.

\*2725. *M. communis* L. — In fruticetis sempervirentibus regionis inferioris mediterraneæ. — Circa Bar (Ba, Ro), ad Ulcinj (Ro), Crmnica (Eb).

**Punicaceæ**

*Punica* L.

2726. *P. granatum* L. — In rupestribus et dumetis regionis inferioris mediterraneæ et montanae calidioris. — Circa monastir Duga, Cerovo, Povia (Pt), inter Cetinje et Bajce (Pč), ad Dobrsko selo supra Rijeka (Pč, Ba, Kn), ad Medun distr. Kuči (Sz), Krstac prope Njeguši cca 700 m (Gi), ad Bioče in valle fluminis Morača (Ja), circa Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica, Bogetići; Lješanska nahija (Ro), Orani do distr. Katunska nahija; Očeviči et Drušići (Ba); insula Vranina (Eb).

**Oenotheraceæ**

*Ludwigia* L.

2727. *L. palustris* (L.) ELLIOT (= *Isnardia p.* L.). — In fossis et aquis stagnantibus. — Ad Rijeka (Pt, Kn), Vir, Sinjac (Pč), Plavnica (Ro).

*Epilobium* L.

2728. *E. hirsutum* L. — Ad ripas et fossas regionis inferioris et montanae. — Ad Nožica prope Lijeva Rijeka (Ja), in valle fluminis Tara ad Han Garančić, Matoševu, Kolašin (Ja, Ro), circa Andrijevica (Ja, Ro), in campo Nikšićko polje; Jasenovo polje sub monte Vojnik, in valle fluminis Piva sub Goraško et Mratinje (Ro).

— f. *tomentosum* (VENT.) BOISS. subf. *trichocarpum* HAUSSKN. — Ad Topolica prope Bar (Do).

2729. *E. parviflorum* (SCHREB.) WITH. — In humidis et ad fossas regionis inferioris et mediae. — Sub monte Kom Kučki (Ho), ad Rijeka (Kn); ad coenobium Piva et in valle fluminis Piva sub Mratinje; circa Andrijevica (Ro, Ja), ad coenobium Morača, in valle fluminis Tara ad Han Garančić et Matoševu (Ja).

\*2730. *E. montanum* L. — In silvis humidis et in dumetis regionis subalpinae et alpinae. — Viruša dol sub Crna planina, in silvis sub montibus Kom et Durmitor (Pt, Pč, Ro), ad latera montis Lovćen in Fagetis (Pč, Ro), in montibus Hum Orahovski et Dziebeze distr. Kući (Sz); Bukovica prope Njeguši; Ledenica planina distr. Piva; Šavniki sub monte Ivica planina, ad coenobium Piva (Ro), in valle fluminis Lim ad Andrijevica (Ro, Ja), in monte Balj supra Andrijevica (Ro), in valle fluminis Tara ad Han Garančić, Matoševu, Kolašin; in monte Pivljan supra Kolašin (Ja), Kostiča distr. Kući (Ba).

— f. *albiflorum* HAUSSKN. — Ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

— f. *subcordatum* HAUSSKN. — Folia basi subcordata; flores maiores. — In valle Perućica sub monte Kom (Sz), ad Andrijevica (Ro).

\*— f. *grandiflorum* ROHL. VIII. Beitr. pag. 12. — Petala magna usque 16 mm longa. — In Fagetis ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

\*2732. *E. lanceolatum* SEB. et M. — In rupestribus ad latera montis Lovćen regionis subalpinae (Pej, Ro).

2733. *E. roseum* (SCHREB.) PERS. — Ad ripas et in fossis regionis montanae. — Mratinje sub monte Maglić Pivski, Šavniki sub monte Ivica planina, in valle fluminis Lim et Zlorječica ad Andrijevica (Ro).

— — f. *simplex* ROHL. IV. Beitr. 49. — Caulis humilis sub-  
*simplex* pauciflorus. — Cum typo ad Andrijevica frequens  
(Ro).

2734. *E. gemmascens* C. A. MEY. — Habitu similis  
*E. alsinefolio*, sed dignoscitur turionibus sessilibus, caule patule  
glandulosopilosum, foliis longius petiolatis in axillis saepe bul-  
billos gerentibus, seminibus papillosis apice rotundatis et ovario  
adpresso incano-puberulo. — In valle fluminis Tara ad Ko-  
lašin (Ro).

2735. *E. adnatum* GRIS. — In paludosis et fossis re-  
gionis inferioris. — In rivo Sušica prope Danilovgrad (Pt),  
prope Sinjac ad ripam lacus Scodrani (Pč); prope Spuž (Ro).

2737. *E. obscurum* (SCHREB.) ROTH. — Ad ripas  
regionis montanae. — Zabrgje et Kralje supra Andrijevica  
(Ro, Ja).

2739. *E. palustre* L. — In pratis turfosis et ad fossas  
regionis subalpinae. — Viruša dol sub Crna planina (Pt), in  
silvis sub monte Durmitor (Pt, Ro), Pošćensko jezero supra  
Šavnik; Maglić Pivski; Sjekirica planina et mons Balj supra  
Andrijevica (Ro).

2740. *E. alpestre* (JACQ.) KROCK. — In pascuis, her-  
bidis, dumetosis humidis regionis subalpinae et alpinae. —  
Crvena stijena in monte Durmitor (Pč), Bukovica et Crno  
jezero sub monte Durmitor, Sjekirica planina et Mokra pla-  
nina supra Andrijevica, Bjelastica planina et vallis fluminis  
Jelovica prope Kolašin (Ro), in monte Pivljan cca 1900 m  
prope Kolašin (Ja); Bać inter Kolašin et Andrijevica (Ba).

2741. *E. alsinefolium* VILL. — In turfosis regionis  
subalpinae. — Crno jezero sub monte Durmitor (Pt), Crvena  
Stijena in monte Durmitor (Pč), Mrčenov do sub monte Kom  
(Pč), in monte Velki Maglić distr. Kuči (Sz), Sinjavina pla-  
nina (Ba).

### *Chamaenerion* SCOP.

2743. *Ch. angustifolium* (L.) SCOP. — In caesuris,  
ad margines silvarum, in lapidosis regionis montanae, subalpi-  
nae, alpinae. — Viruša dol sub Crna planina (Pt), Sinjavina  
planina (Pt, Ba, Ro), in monte Javorje planina (Pč), ad Kola-  
šin (Pč, Ja), in monte Hum Orahovski distr. Kuči (Sz), circa  
Andrijevica (Ho, Ja), in valle fluminis Tara inter Han Garan-

čić et Matoševu, Kolašin; in montibus Pivljan et Peh supra Košlašin (Ja), ad Njeguši, Viljuša, Borkovići distr. Piva; in monte Jerinja glava et in monte Balj supra Andrijevica; Trešnja sub monte Lovćen, Bukovica et Ranisava sub monte Durmitor, Štirni do prope Lukavica planina usque ad 1900 m (Ro).

\* — var. *pubescens* HAUSSKN. — Folia subtus praecipue ad nervum medium et axis inflorescentiae ± dense puberula. — Sub monte Lovćen loco Velje osoje (Ro).

2744. *Ch. palustre* SCOP. — In saxosis, glareosis, ad ripas regionis montanae. — In valle fluminis Morača superioris (Pč), Krstac prope Njeguši, Mratinje sub monte Maglić Pivski, in valle fluminis Lim prope Andrijevica (Ro), Vrujica prope coenobium Morača (Ja).

#### *Circae a* L.

2747. *C. lutetiana* L. — In silvis regionis montanae et subalpinae. — In valle Bistrica prope Nižin Luk (Pt), ad latera montis Lovćen (Pč, Pej, Ro), Sutorman supra Bar (Pč), sub monte Kom Kučki (Ho), in valle Skrobotuša ad fines Albaniae (Sz), in monte Maglić Pivski, ad Njeguši (Ro, Pej), circa Andrijevica (Ja, Ba, Ro), inter coenobium Morača et Bistrica, ad Kolašin, in monte Pivljan prope Kom (Ja).

2748. *C. intermedia* EHRH. — In silvis et dumetosis humidis regionis montanae et subalpinae. — In valle fluminis Tara inter Han Garančić, Matoševu, Kolašin; Brda (Ro).

2749. *C. alpina* L. — In silvestribus muscosis vallis Bukovica sub monte Durmitor regionis subalpinae (Pč), in paucis Bać inter Kolašin et Andrijevica (Ba).

#### *Hydrocaryaceae*

##### *Trap a* L.

2750. *T. natans* L. — In aquis stagnantibus. — Ad Rijeka et Ploča (Pt); in lacu Scodrano copiose (Pč, Eb, Sz, Ba, Ro, Ja).

#### *Haloragidaceae*

##### *Myriophyllum* L.

2751. *M. verticillatum* L. — In aquis. — Ad Rijeka (Pt), Plavnica (Ja).

2752. *M. spicatum* L. — In aquis. — Sub Rijeka (Pt), in lacu Scodrano (Pč, Sz, Ja, Ro), in lacu Rikavac distr. Kuči (Sz, Ba).

### **Hippuridaceae**

*Hippuris* L.

2753. *H. vulgaris* L. — In aquis, fossis, ad ripas regionis inferioris. — In lacu Scodrano ad Vranina et Plavnica (Ro, Ja).

### **Callitrichaceae**

*Callitrichche* L.

2755. *C. verna* L. — In aquis stagnantibus. — In rivulo ad Kolašin (Pč), Štirni do prope Lukavica planina; Barni do in monte Javorje planina (Ro).

2756. *C. hamulata* KUETZ. — In stagno ad Bar regionis inferioris mediterraneae (Ro).

2759. *C. stagnalis* SCOP. — In aquis et fossis. — Ad Mokro prope Bijela (Pt); Jezerski vrh in monte Lovćen (Ho, Ro), circa Bar, Danilovgrad, Spuž (Ro).

2761. *C. autumnalis* L. — Ad rivulum Sušica prope Danilovgrad (Pt).

### **Cornaceae**

*Cornus* L.

2762. *C. mas* L. — In fruticetis et silvis regionis inferioris et montanae. — Circa Grahovo, Vir, ad latera montis Lovćen (Pč), ad Viljuša, Šavniki, Goraňsko, coenobium Piva, Mratinje sub monte Maglić Pivski (Ro), circa Andrijevica (Ro, Ja), Vrojca distr. Kuči (Ba), in monte Kosa supra Bar, Mikulići sub monte Rumija (Do).

2763. *C. sanguinea* L. — In silvis et dumetis regionis inferioris et montanae. — Ad Cetinje et Vir (Pč), circa Podgorica (Ho), ad Bar, Viljuša, Šavniki, Goraňsko, coenobium Piva, Mratinje sub monte Maglić Pivski (Ro).

## Araliaceae

Hedera L.

2765. *H. helix* L. subsp. *euhelix* HAY. — In rupestribus, ad muros, in silvis regionis inferioris et montanae frequens. — Ad Cetinje et Ostrog (Pč); Očeviči, Medun (Ho), ad coenobium Morača (Ja), circa Bar, Ulcinj, Vir, Šavniki, Viljuša; ad Andrijevica rarius (Ro).

## Umbelliferae

Sanicula L.

2767. *S. europaea* L. — In silvis humidis, praesertim fagineis, in lapidosis, inter virgulta regionis montanae et subalpinae usque ad 1700 m. — Viruša dol sub monte Crna planina (Pt), in valle fluminum Morača et Tara (Pč), in valle Skrobotuša ad fines Albaniæ (Sz), in monte Lovćen (Ho, Pej, Ro), in monte Pivljan supra Kolašin (Ja), circa Andrijevica (Ja, Ro), Velje osoje sub monte Lovćen, ad Njeguši (Pej, Ro), Cetinje (Kš), in monte Balj supra Andrijevica, Ljut sub Ledenica planina distr. Piva, supra coenobium Piva (Ro).

Astrantia L.

2770. *A. major* L. subsp. *elatior* (FRIV.) MALÝ. — „Folia involucelli 5-nervia apice saepissime 3—5dentata; dentes calycini rigidi flores duplo superantes; pedicelli et fructus valde papillosi.“ — In pratis, fruticetis, ad margines silvarum e regione montana usque ad alpinam. — Crna planina (Pt), sub monte Durmitor (Pt, Pč, Ba), in monte Hum Orahovski et ad Rupa Konjska sub monte Vila distr. Kuči (Sz), in monte Lovćen (Ba, Pej, Ro), Čevo in nahija Katunska (Ba), in pascuis Varda sub monte Kom (Ba); Sinjavina planina; in monte Lisinj supra Bar (Ba); Kapetanova rijeka, Rudo brdo, mons Glave supra Kolašin (Ja); Mali Šavnik et Golo brdo supra Njeguši, Korita rovačka, Velestovo in nahija Katunska (Ro). Ad Andrijevica legi plantas, quae dentibus calycinis corolla vix longioribus, involucelli foliis angustioribus 3-(non 5) nerviis ad var. *illyricam* BORB. spectant.

\*— f. *integra* MALÝ. — Involucri phylla saepissime integra. — Cum typo in monte Lovćen (Ro).

— — — f. *carinthiaca* (WETTST.) BECK non HOPPE. — Involucri phylla floribus et fructibus multo longiora. — Cum typo.

\* — — subsp. *eumaior* GRINTZ. var. *involucrata* KOCH. — „Involucri foliolis maioribus 1=nerviis flores fere duplo super=antibus integris vel paudentatis, calycis dentibus longius aris=tatis“ (PANTOCSEK Adnot. 76). — In silvaticis montis Kom et vallis Perućica dol infra Kom (Pt), in pascuis alpinis montis Hum Orahovski, in dumetis aversus Rupa Konjska sub monte Vila distr. Kuči (Sz). An ne (saltem p. p.) cum subspecie praecedente identica?

### *Eryngium* L.

2771. *E. alpinum* L. — In pratis et pascuis regionis alpinae in montibus dicionis septentrionalis usque ad 2000 m. — Crvena Stijena in monte Durmitor (Pč), Štirni do sub Lola planina (Ba, Ro), Pavlova livada (Ho), in monte Ranisava prope montem Durmitor, in valle Jelovica sub Bjelastica pla=nina supra Kolašin (Ro), Piperska Lukavica, in monte Bać supra Kolašin, Jećmeni do in Sinjavina planina, Štulac prope montem Durmitor (Ba).

\*2772. *E. maritimum* L. — In arenosis maritimis ad Bar (Do).

\*2775. *E. palmatum* VIS. PANČ. — Viride; caulis sim=plex vel pauce ramosus; folia basalia et caulina inferiora longe petiolata ad basin usque 5—7=palmato=partita, segmentis con=spicue reticulato=venosis oblongo=cuneatis apice 2—3fidis spi=nuloso=serratis; folia involucelli lanceolata remote spinuloso=dentata capitula subduplo superantia; paleae receptaculi trifidae. — In pratis, silvaticis, dumetis, lapidosis, glareosis regio=nis montanae et subalpinae usque ad 1400 m. — In saxosis Orlova skala dictis in valle Perućica dol infra montem Kom et circa pagum Lukovo (Pt), Nikšićka župa (Pč), in monte Balj supra Andrijevica (Ba, Ro), Konjuhe sub monte Kom (Ba), in monte Vojnik, ad Šavniki sub monte Ivica planina, circa Viljuša, Gorańsko, coenobium Piva, inter Nedajno et Crkvica in Pivska planina (Ro), Crna planina distr. Kuči, in monte Jerinja glava supra Andrijevica (Sk).

2779. *E. amethystinum* L. — In lapidosis, incultis, pascuis, ad vias regionis inferioris et montanae calidioris usque

ad 1200 m. — Ad Cetinje et Grahovo (Pč), circa Njeguši frequens (Sz, Kn, Pej, Ro), ad Rijeka, Medun, Podgorica (Sz, Ba, Ho, Ro), in valle fluminis Morača prope Bioče (Ja), ad latera montis Vojnik, in campo Jasenovo polje, Šavnik sub monte Ivica planina, Garać supra Danilovgrad, circa Viljuša (Ro), Tudjemile supra Bar, Nikšićko polje, Bijela sub monte Vojnik, Tušina prope Šavnik, Kolašin, Konjuhe prope Andrijevica (Ba), ad Bar (Do).

\*— var. *tenuifolium* BOISS. — Petioli fere inermes; foliorum pinnae angustiores elongatae; tota planta viridis, solum caulis parum violascens. — In declivibus montis Lovćen versus Njeguši (Pej, Ro).

2780. *E. campestre* L. — In pascuis, aridis, lapidosis, ad vias regionis inferioris et montanae usque ad 1000 m. — Bioče in valle Morača (Ja), in valle Zlorječica prope Andrijevica, circa Podgorica et Njeguši (Ro).

### *Bupleurum* L.

\*2785. *B. ranunculoides* L. subsp. *euranunculoides* HAY. var. *humile* (GAUD.) BRIQ. — In saxosis et pascuis in monte Maglić Pivski ultra 2000 m (Ro).

2789. *B. Siphonopianum* SM. — In graminosis regionis montanae, subalpinae, alpinae ultra 2000 m. — Orlova skala sub monte Kom, in valle fluminis Tara, supra pagum Kovčice sub monte Durmitor (Pt, Ba), in monte Dziebeze distr. Kući (Sz), Planinica et Rikavac distr. Kući, Konjuhe sub monte Kom (Ba), in monte Balj supra Andrijevica (Ba, Ro), in montibus Durmitor, Velka Jastrebica, Javorje planina (Pč), in saxosis supra coenobium Ostrog (Ho), Sinjavina et Javorje planina, Štirni do prope Lukavica planina, in monte Kom Vasojevički, mons Žoljevica prope Andrijevica, Lastva čevska in nahija Katunska, ad latera montis Lovćen versus Njeguši (Ro), in montibus Jastrebica et Orijen (Ad).

— f. *montenegrinum* H. WOLFF. — Folia linearia obtusa vel breviter acuminata basin versus parum attenuata. — Cum typo non raro.

— var. *orbicum* (VELEN.) HAY. — „Folia basalia linearis oblonga basin versus sensim petioliforme attenuata, caulinis e basi parum dilatata sensim longe acuminata multinervia; umbella 6–10 radiata.“ — In monte Balj supra Andrijevica,

in monte Ranisava prope montem Durmitor, Božur et Varda planina distr. Piva, in montibus Kom et Sinjavina planina (Ro), ad Han Garančić in valle fluminis Tara, in montibus Pej, Rudo brdo, Peh, Glave supra Kolašin (Ja), in montibus Jerinja glava et Visitor prope Andrijevica (Sk), in valle fluminis Tara prope Lever Tara (De, Si).

\*2790. *B. junceum* L. subsp. *Wettsteinianum* (H. WOLFF) HAY. — In graminosis, saxosis, dumetis regionis inferioris, montanae, subalpinae. — Dobre Strane prope Čeklići distr. Katunska (Pč), ad Cetinje (Kn), ad latera montis Velki Maglić et supra Kurlaj distr. Kuči (Ba), ad Bar et Ulcinj (Ho), circa Viljuša; Medun supra Podgorica, ad pedem montis Balj prope Andrijevica (Ro).

2799. *B. Kartiglii* VIS. — In rupestribus regionis montanae et subalpinae. — Orlova skala sub monte Kom; Nižin luk prope Kolašin; ad Šavniki sub monte Ivica planina (Pt), ad Cetinje (Pč, Ro), Čevo, Lastva čevska (Pč, Ro), Grahovo, Nikšićka župa (Pč), in valle Vrbnica distr. Piva (De, Si), Buskovica sub monte Durmitor, Nikšićko polje; Tušina prope Šavnik; Vrojca distr. Kuči (Ba); circa Njeguši et Krstac frequens (Ba, Kn, Pej, Ro); in monte Hum Orahovski et ad pedem montis Kukuraj distr. Kuči (Sz), Lonac supra Bar (Ba); Rikavac et Soko distr. Kuči (Ba), in monte Vjetnik ad latera meridionalia; ad ostium rivi Bistrica in flumen Tara; in declivi montis Pej supra Kolašin (Ja), Zagarać supra Danilograd; Čulice prope Cetinje; Viljuša, Šavnik, Borkovići (distr. Piva), Uble prope Podgorica, in saxis calcareis ad Andrijevica (Ro); ad latera montis Lovćen (Ad, Vh, Kš, Pej, Ro), Vunsaj prope Gusinje ad fines Albaniae (Df), ad Kolašin; Konjuhe prope Andrijevica (Ba); in monte Rumija supra Bar (Do).

— f. *strictum* H. WOLFF. — Frequens.

— f. *patulum* H. WOLFF. — Caulis humilis a basi ramosissimus ramis prostratis vel arcuato-adscendentibus. — Cum typo ad Krstac prope Njeguši (Pej, Ro), in monte Lovćen (Sk).

\*— var. *aureum* HORÁK. — „Umbellae radiis ubique quaternis, involucri phyllis linearis-lanceolatis setaceo-acuminatis, involucelli phyllis submajoribus aureis, pedunculis flore sublongioribus.“ — In graminosis calidis regionis inferioris mediterraneae ad Rijeka (Ho).

2801. ? *B. semiadiaphanum* BOISS. — A cl. BALDACCII e monte Lisinj prope Bar et e Vrojca distr. Kuči indiscat. A cl. HAYEK non commemoratum.

2804. *B. veronense* TURRA. — In lapidosis, aridis, collibus apricis graminosis et saxosis regionis inferioris mediterraneae et montanae calidioris frequens usque ad 1350 m. — Circa Danilovgrad, Šavniki, Bogetići (Pt, Ro), ad Rijeka (Pt, Ho, Ro, Ba), circa Njeguši et Čeklići (Pč, Pej, Ro), Medun supra Podgorica (Sz), Cetinje (Kš), in monte Lovćen; Tušina prope Šavniki (Ba), ad Bar (Ro, Do), Limljani prope Vir (Do), insula Vranina (Eb), circa Ulcinj, Podgorica, Lastva čevska, Pišine strane supra Bogetići (Ro); ad Bioče et coenobium Morača; in monte Vjeternik in declivibus meridionalibus; in collibus aridis ad Kolašin (Ja).

— f. elegans (BALD.) HAY (= *B. variabile* var. *elegans* BALD.). — „Caulis induratus basi cylindricus superne quadrangulus; tota planta speciosa viridissima“ (BALD.). „Gracile ramosum; folia involucelli florendi tempore dilute flava semipellucida late lanceolata longe aristata copiose venulosa“ (HAYEK Prodr. Fl. pen. Balk. I: 980). — In pratis et silvis sub jugo montis Sutorman supra Bar (Ba).

— f. *diffusum* LEVIER. — Ramosissimum, ramis divaricatis dichotomis, caulis egregie quadrangulis, planta gracilis statura 5—8 cm. — In saxosis montanis ad Pračište et Krstac ad Njeguši (Ba); etiam alibi (Ro).

— f. *humile* (VEST.) HAY. — Humile ad summum 15 cm altum dense breviter ramosum; folia involucelli 4—8 mm longa florendi tempore viridia. — Non raro cum typo (Ba, Ro).

2808. *B. lancifolium* HORNEM. — In agris, incultis, dumetis regionis inferioris mediterraneae et montanae calidioris usque ad 1000 m. — Circa Bar, Ulcinj, Vir; ad Njeguši rarius (Ro).

2809. *B. rotundifolium* L. — In agris et incultis. — Ad Cetinje et Vir (Pč), circa Andrijevica (Ro, Ja).

### *Trinia* HOFFM.

2810. *T. glauca* (L.) DUM. (= *T. Kitaibelii* ROHL. IV. Beitr. 54 non M. B.) var. *Jacquinii* (DC.) H. WOLFF. — In pratis, pascuis, lapidosis regionis montanae, subalpinae, alpinae ultra 2200 m. — In omnibus montibus dicionis septentrionalis

et orientalis frequens; etiam in nahija Katunska, Čevski Lisac, Lovćen, Njeguši etc.

— var. *durmitorea* ROHL. V. Beitr. 50. — Fructibus duplo vel subdupo maioribus, cca 5 mm longis et 1,5—2 mm latis oblongis (nec subrotundis), pedicello dimidio vel plus brevioribus, stylopodio non elongato. — In graminosis montis Durmitor loco Valoviti do cca 2000 m.

— var. *carniolica* (KERN.) HAY. — „Pedicellis fructiferis brevioribus fructus longitudine semper superantibus et externis iis 2—2,5×plo longioribus.“ (BECK Fl. Bosne III: 410). — In alpinis montis Ledenica planina et in monte Maglić Pivski (Ro), in monte Pivljan supra Kolašin (Ja).

2814. *T. Dalechampii* (TEN.) JANCH. Oe. B. Z. LVIII: 298; confer BECK Fl. Bosne III: 984. — Similis *T. carniolicae*, sed fructus jugis primariis 5, secundariis 4 instructi valleculis 2—3×vittatis. — E Montenegro a cl. H. WOLFF indicata et a cl. ADAMOVIĆ lecta. Locus mihi ignotus.

### *Petroselinum* HOFFM.

2821. *P. hortense* HOFFM. — In hortis cultum.

### *Ammi* L.

2825. *A. maius* L. — Inter vineas regionis inferioris mediterraneae. — Ad Vir (Pč).

### *Ptychotis* KOCH.

\*2827. *P. ammoides* KOCH. — In lapidosis, incultis, dumetis, ad vias regionis inferioris mediterraneae. — Lješko polje (Ho), circa Podgorica (Ro).

### *Falcaria* BERNH.

2828. *F. vulgaris* BERNH. — In declivibus asperis vallis Zeta sub Danilovgrad (Pč).

### *Carum* L.

2829. *C. carvi* L. — In pratis regionis subalpinae. — Viruša dol sub Crna planina, vallis Perućica sub monte Kom (Pt), in pratis sub monte Durmitor (Pt, Pč, Ro), Matoševa in valle fluminis Tara (Ja); in monte Durmitor usque ad 2300 m (De, Si).

2830. *C. Velenovskýi* ROHL. III. Beitr. 34. (= *C. carvi* L. subsp. *Velenovskýi* ROHL. in sch.). — Glabrum, glaucovirens, caule elato (cca 1—1 $\frac{1}{2}$  m alto), tereti dense subtiliter striato, foliis caulinis ambitu oblongis bipinnatipartitis, laciniis anguste linearibus (cca  $\frac{1}{2}$ —1 mm latis, 10—25 mm longis) integerrimis uninerviis margine scabris et parum revolutis, involucri phyllis 6—8, rarius subnullis anguste linearibus indivisis vel bis tripartitis usque 1 $\frac{1}{2}$  cm longis, involucelli phyllis subnullis minutissimis, floribus albis, fructibus maioribus cca 6 mm longis et 2,5—3 mm latis, valleculis univittatis, jugis crassis, stylis recurvis rubellis stylopodio fere duplo longioribus. Planta e seminibus montenegrinis culta a Caro Carvi L. dignoscitur statura elatiori, foliis inferioribus latius triangularibus segmentis lateraliter magis pinnatisectis laciniis angustioribus longioribus, laciniis foliorum caulinorum eximie elongatis fere setaceis, umbellis etiam terminalibus longius pedunculatis, ramis magis elongatis, fructibus maioribus. — Inter segetes ad Gornja Bukovica sub monte Durmitor cca 1400 m (Ro).

*Bunium* L.

2837. *B. ferulaceum* S. S. — Pedicelli fructiferi stellatim patentes incrassati, umbella 6—14 radiata; involucrum oligophyllum (1—2) vel subnullum; fructus prismatico-cylindricus *pedicellis aequilongus*; mericarpia 5 angula valleculis univittatis. — In rupestribus regionis inferioris mediterraneae. — A cl. HAYEK e Montenegro indicatum; verosimiliter ad Bar et Ulcinj.

2838. *B. montanum* KOCH. — In lapidosis, saxosis, dumetis regionis inferioris et montanae calidioris, rarius subalpinae usque ad 1400 m. — Ad latera montis Lovćen (Pč, Pej, Ro, Vh, Kš), circa Cetinje (Ba, Če); Vrh suta distr. Crmnica; Bijela Skala et Medjurečka planina supra Bar (Ba), circa Njeguši (Ro), Golo brdo supra Njeguši (Gi), ad Viljuša, Vir, Podgorica, Zagarać supra Danilovgrad, Kokoti distr. Lješanska, Lastva čevska distr. Katunska, Godinje prope Vir, Črtov do sub Ledenica planina distr. Piva (Ro), Konjuhe sub monte Kom (Ba, Ro), in monte Rumija supra Bar (Do).

2839. *B. alpinum* W. K. — Caulis humilis decumbens flexuosus folia basalia vix superans; folia inferiora longe petiolata ternatobipinnatipartita laciniis appropinquatis abbreviatis lanceolato-linearibus carnosus crassiusculis inconspicue 1-nerviis

obtusiusculis vel acuminatis, umbellae 5—6 (rarius —10) radiae, radiis umbellula fructifera duplo (rarius usque quadruplo) longioribus. — In lapidosis mobilibus, saxosis regionis alpinae usque ultra 2400 m. — In omnibus montibus elatioribus: Kom (Pt, Pč, Ba, Ho, Ro), in montibus Strunga et Vila distr. Kuči (Ba), Maglić Pivski, Durmitor; Balj et Jerinja glava supra Andrijevica; etiam in monte Lovćen (To, Ro); Golo brdo prope Njeguši (Gi).

### Freyera RCHB.

2846. *F. cynapioides* (GUSS.) GRIS. Spic. I: 366 (= *Bia-solettia pindicola* ROHL. III. Beitr. non HAUSSKN.). — In lapidosis graminosis, inter dumeta regionis subalpinae et alpinae usque ad 1900 m. — In monte Sinjavina planina (Pt), Kunj Kostića sub monte Vila distr. Kuči (Ba, Df), in monte Lovćen; montes Jerinja glava et Sjekirica planina supra Andrijevica; Štirni do sub Lola planina (Ro), in monte Durmitor (De, Si), in monte Rasovatac prope Vir (Eb).

— var. *montenegrina* (BALD.) HAY. — Caulis glaber, laciniae foliorum superiorum capillares; pedicelli fructiferi fructu 2—3-plo longiores. — Habitat in umbrosis ad jugum Sutorman et in monte Vrh-suta supra Bar (Ba).

### Pimpinella L.

2852. *P. major* (L.) HUDS. — In pratis silvestribus supra Kolašin, ad Cetinje (Kn) usque ad 1000 m.

2855. *P. saxifraga* L. — In graminosis siccis, in lapidosis, ad vias regionis montanae et subalpinae usque ad 1400 m. — Ad Ceklin (Ho), circa Šavnik sub Ivica planina; ad coenobium Piva, circa Žabljak sub monte Durmitor (Ro); Sinjavina planina (Ba).

— var. *nigra* (WILLD.) SPRENGL. — Tota planta + dense breviter pubescens. — In pratis subalpinis ad Vrtljeka in valle Tara super. (Ja).

— var. *erythrantha* BECK (confer ROHL. V. Beitr. 49). — „Caulis humilis basi puberulus; foliola foliorum inferiorum oblique suborbicularia grosse serrata, ea caulinorum palmato-incisa; flores rosei, stylus ovario longior.“ — In pratis et pascuis regionis alpinae in monte Maglić Pivski usque ad 2000 m (Ro).

2856. *P. polyclada* B. H. — In saxosis Skala Rikavac distr. Kuči; num. collect. 435 (Ba). „Forma caulibus et foliis breviter pubescentibus.“ Verosimiliter ad speciem sequentem pertinet.

2857. *P. tragium* VILL. — A *P. saxifraga* L. dignoscitur praesertim fructibus dense breviter pubescentibus, foliolis foliorum basarium irregulariter inciso-serratis. — In pascuis, pratis, lapidosis regionis subalpinae et alpinae usque ad 2000 m. — Treblješ luka (Ho), Ječmeni do in Sinjavina planina (Ba).

— f. *bipinnatisecta* GRIS. ap. PANT. Adnot. 78. — Folliis inferioribus bipinnatisectis. — In graminosis montis Sinjavina planina (Pt).

— f. *hercegovina* VANDAS in ROHL. V. Beitr. 49. — Caulis elatior et subglaber; folia basalia ad 6-jugo-pinnata foliolis longe (ad 1 cm) petiolulatis profunde incisis vel pinnatisectis. — In alpinis montis Maglić Pivski; Črtov do sub Ledena planina, Štirni do sub Lola planina; Lukavica planina usque ultra 2000 m (Ro).

2859. *P. peregrina* L. — Fructus patule hispidus, radix annua vel biennis. — In collibus siccis, in incultis, lapidosis, fruticosis regionis inferioris mediterraneae. — Circa Medun distr. Kuči (Sz), ad Ulcinj (Ba), in campo ad Podgorica (Ro), circa Bar (Do).

### Pančićia VIS.

2862. *P. serbica* VIS. (conf. ROHLENA IV. Beitr. 54). — In pratis et pascuis subalpinis et alpinis usque ultra 2000 m. — Crna planina (Pt), in monte Kom (Pt, Ba, Ro), Sinjavina planina (Pt, Ro), in monte Durmitor (Pt, Pč, Ba, Ro), ad Gvozd (Pč); Javorje planina (Pč), Komarske katune sub monte Durmitor (Ba), sub monte Žijovo (Ba), Carine et Varda sub monte Kom (Ba, Ro), in monte Lisa prope Kolašin (Ba), Pavlova livada (Ho), Kunj Kostića distr. Kuči (Ba), Kapetanova rijeka prope Kolašin (Ja), in monte Maglić Pivski (Ro), ad lacum Volučko jezero (Ma), Štirni do sub Lola planina, Korita rovačka; in montibus Jerinja glava, Zeletin, Sjećkirica planina supra Andrijevica (Ro); e montibus dicionis meridionalis (Lovčen, Lastva čevska, Rumija) non vidi; ad Vunsaj prope Gusinje, in alpinis montis Vila prope Rikavac distr. Kuči (Df), Pivska planina (De, Si).

### *Aegopodium* L.

2864. *Ae. podagraria* L. — In umbrosis humidis, ad ripas regionis inferioris et subalpinae. — In dumetis vallis Zeta et Morača (Pč), ad rivum prope Bukovica sub monte Durmitor, Krivača sub monte Lovćen, ad pedem montis Jezrinja glava et in valle Lim prope Andrijevica (Ro) usque ad 1400 m.

### *Sium* L.

2865. *S. latifolium* L. — In spongiosis et paludosis. — Ad Sinjac (Pč), Plavnica (Ro, Ja).

### *Betula* KOCH.

2867. *B. erecta* (HUDS.) COVILLE. — In fossis, paludosis, irriguis regionis inferioris et mediae. — Circa Danilovgrad (Pt); in irriguis supra Kolašin et ad rivum Morača super. (Pč); sub monte Ključ supra Kolašin (Ba).

### *Critchmum* L.

2868. *C. maritimum* L. — In lapidosis, arenosis, rupestribus maritimis ad Bar (Ro, Ba, Do).

### *Seseli* L.

2874. *S. rigidum* W. K. — Caule pedali crasso rigido superne ramoso subtomentoso, foliis glaucis ternato-2—3-pinnatisectis, laciniis linearibus rigidis subpungentibus, umbellis 10—20-radiatis densissimis, radiis usque 4 cm longis fructibusque tomentosis, involucellis basi in discum coalitis in lacinias lanceolato-subulatas cano-tomentosas albomarginatas umbellulis aequilongas irregulariter fissis. — In rupestribus regionis montanae, subalpinae, rarius alpinae. — Javorje planina, mons Kom, coenobium Morača (Pč), Pošćensko jezero supra Šavnik, Martinje sub monte Maglić Pivski, mons Šarišnik supra Goraško distr. Piva, in monte Žoljevica supra Andrijevica (Ro).

2878. *S. globiferum* VIS. — A praecedente differt caule glabro basi lignoso ramosissimo, foliorum magis divisorum laciniis linear-setaceis canaliculatis (margine involutis), umbellis densioribus radiis brevioribus (cca 1 cm longis), 20—30 in globum congestis, involucelli phyllis ad medium usque in infundibulum connatis ovato-lanceolatis, floribus virescenti-al-

bis. — In saxosis calcareis regionis inferioris et montanae calidioris usque ad 1000 m. — Ad Cetinje, Vir, Ostrog (Pč); Krstac, Velji Kraj, Gojanove grede prope Njeguši (Pej, Kn, Ro), supra Bar (Ba), in monte Troica prope Vir (Eb).

2883. *S. Tommasini* RCHB. — In rupestribus et lapi-  
dosis e regione inferiore usque ad subalpinam, sed non frequens.  
— Viruša dol sub Crna planina; Carine sub monte Kom (Pt  
sub *S. montano*); circa Grahovo et in monte Jastrebica (Pč sub  
*S. montano*), ad Cetinje (Kn), in aridis circa Tušina distr.  
Drobnjaci (Ba), ad Borkovići sub monte Durmitor (Ro),  
in saxis ad Bar, ad Bijela prope Šavnik (Ba), Kunji do prope  
Njeguši (Pej, Ro).

2884. *S. annuum* L. — In pratis silvestribus regionis  
subalpinae sub monte Durmitor (Pč).

2888. *S. variun* TREV. — In collibus siccis, in lapi-  
dosis, in glareosis regionis montanae et subalpinae. — Ad Šav-  
niki sub Ivica planina; supra Njeguši; in monte Jerinja glava  
supra Andrijevica (Ro).

— var. *umbrosum* ROHL. V. Beitr. 47. — Caulis elatior,  
folia maiora laciniis longioribus fere filiformibus, umbellae  
radii valde elongati. — Ad Njeguši et ad latera montis Lovćen  
(Pej, Ro).

— var. *longicarpum* ROHL. in FEDDE Rep. III: 146. —  
Fructus linearis oblongi 5 mm longi pedicello duplo longiores.  
— Mravljanik et Krstac prope Njeguši; ad Viljuša in finibus  
Hercegovinae, in saxis inter Bukovica et Njeguši, Vučevo  
ždrijelo sub monte Lovćen (Ro, Pej).

2895. *S. peucedanoides* (M. B.) HAY. — Planta  
glabra; caule angulato-striato superne parce et stricte ramoso;  
foliis petiolatis ambitu oblongis bipinnatisectis, laciniis oblongo-  
linearibus mucronatis margine scabriusculis; umbellis inaequa-  
liter 5—20-radiatis; involucro pleiophyllo, involucelli phyllis  
linearis-setaceis pedunculis subaequilongis, petalis pallide luteis  
non radiantibus. — In pratis et herbidis regionis subalpinae.  
— Sub monte Durmitor versus jugum Štulac (Pč), in montibus  
Balj, Piševi, Sjekirica planina supra Andrijevica (Ba, Ro),  
Bijela sub Lola planina; mons Šarišnik prope Goraňsko; Varda,  
Zakamen, Ljut supra coenobium Piva (Ro); etiam ad latera  
montis Lovćen loco Ljut supra Njeguši (Pej, Ro).

*Libanotis* CR.

2896. *L. montana* CR. — In rupestribus, lapidosis, dumetis regionis montanae calidioris et subalpinae. — In valle fluminum Tušina et Morača super. (Pč); circa Njeguši frequens: Mali Šanik, Košarica, Bjelice (Pej, Ro).

2897. *L. daucifolia* (SCOP.) RCHB. (= *L. montana* b. *athamanthoides* ROHL. V. Beitr. 47). — In rupestribus regionis montanae et subalpinae. — Foliis magis divisus (ac in *L. montana* typica), laciinis angustioribus et longioribus, fructibus et eorum pedicellis glabris vel subglabris cum descriptione in BECK Flora Bosne III: 436 bene congruit, sed radiis  $\pm$  puberulis vel pilosis ad plantam typicam spectat. Vidi etiam plantas, quae foliorum forma *L. daucifolium* revocant, sed fructibus dense puberulis cum *L. montana* typica congruunt. — Njeguši; Mali Šavnik in monte Lovčen; in monte Maglić Pivski (Ro), supra lacum „Lokva“ sub monte Durmitor (De, Si). — var. *ciliata* BOŠNJAK in Glasnik, Zagreb 1938. — Foliola foliorum basaliū in nervis pilosa et in marginibus ciliata. — In alpinis montium Prokletija (Boš).

*Oenanthe* L.

2898. *Oe. aquatica* (L.) LAM. — In paludosis et fossis regionis inferioris. — In lacu Scodrano (Pč, Sz, Ro), inter Danilovgrad et Spuž (Ro), ad Vrojca distr. Kuči (Ba).

\*2902. *Oe. silaifolia* M. B. — In humidis ad rivum Sušica prope Danilovgrad (Pt), ad Cetinje (Ba).

— var. *media* (GRIS.) BECK Fl. N. Oe. II: 641 (conf. ROHL. VII. Beitr. 2). — In lacu Scodrano; Plavnica, Gornje blato; ad Danilovgrad et Andrijevica (Ro) usque ad 800 m.

2907. *Oe. pimpinelloides* L. — In humidis, lapidosis, fossis regionis inferioris et mediae. — Ad Rijeka et Danilovgrad; Mokro sub monte Vojnik (Pt), Gornje blato prope Plavnica (Ro), Novi Bar (Do).

2909. *Oe. incrassans* CH. et B. — A praecedente differt umbellis sub fructu fere semiglobosis (nec planiusculis), radiis 4—10 inflato-incrassatis. — In pratis paludosis regionis inferioris mediterraneae ad Mosor prope Podgorica et ad Bar (Ro).

2911. *Oe. fistulosa* L. — In recessibus lacus Scodrani (Pč, Ro); etiam in stagno ad Nikšić (Ro).

*Aethusa* L.

2913. *Ae. cynapium* L. — In agris, incultis, ruderatis, ad sepes regionis montanae. — Ad Kolašin (Pč), Andrijevica (Ro).

*Portenschlagia* VIS.

2914. *P. ramosissima* (PORT.) VIS. — In rupestribus calcareis regionis inferioris et montanae calidioris. — Pestinograd supra sinum Rhizonicum, in montibus Lisinj et Sutorman supra Bar; ad Boljevići prope Vir; Krstac prope Njeguši (Ba, Pej, Ro); in calcareis vallis fluminis Morača prope Bioče (Ja), Tudjemile prope Bar (Ba), Vučević ždrijelo sub monte Lovćen (Pej).

*Athamanta* L.

2918. *A. Haynaldii* BORB. et UECCHTR. — In saxosis regionis subalpinae et alpinae. — Viruša dol sub Crna planina, Orlova skala sub monte Kom (Pt), in monte Lovćen locis pluribus (Pč, Ho, Kš, Pej, Ro), in montibus Maganik et Tičnjak (Ho), in alpinis montis Dziebeze distr. Kuči (Sz), in montibus Soko, Vila, Žijovo, Dibala, Strunga, Hum Orahovski distr. Kuči (Ba); in valle fluminis Mala Rijeka prope Nožica, in montibus Pej et Pivljan prope Kolašin, in valle fluminis Tara inter Han Garančić et Kolašin (Ja), circa Andrijevica (Ja, Ro); Krstac prope Njeguši; in monte Ranisava sub monte Durmitor; Božur planina distr. Piva, Štirni do sub Lola planina; mons Jerinja glava supra Andrijevica (Ro) usque ad 1900 m; ad Vunsaj prope Gusinje ad fines Albaniae (Df), in monte Jastrebica (Ad).

— f. *pilosa* WETTST. Beitr. Fl. Alb. 46. — Folia + pilosa.  
— Non raro cum typo. — Andrijevica, Štirni do, Lovćen, Krstac (Ro).

? 2919. *A. cretensis* L. — A praecedente differt umbellis 5—12 radiatis (nec 15—25), foliis dense pubescentibus magis divisis (3—5 pinnatisectis), laciniis tenuioribus (0,3—0,8 mm latis), fructibus oblongis ad apicem attenuatis maioriibus (6—8 mm). — A cl. PANČIĆ in rupestribus montis Dur-

mitor jugo Šljeme indicata; Sinjavina planina, Dobri do in monte Durmitor (Ba). An ad speciem praecedentem pertinet? — var. *decipiens* DUBY. — Planta glabrescens; foliorum laciniae angustiores longioresque. — In silva ad latera montis Dziebeze distr. Kuči in societate *A. Haynaldii* (Sz). An ad speciem praecedentem pertinet? (Confer BECK Fl. Bosne III: 444).

### *Foeniculum* HILL.

\*2921. *F. vulgare* MILL. — In rupestribus, saxosis, lapidosis regionis inferioris mediterraneae. — Ad Podgorica, Medun, Uble distr. Kuči (Ro).

### *Meum* HILL.

2925. *M. athamanticum* JACQ. — In pascuis, herbidis, lapidosis, glareosis regionis subalpinæ et alpinae usque ultra 2000 m. — In montibus Kom et Durmitor (Pt, Pč, Ba); Javorje planina (Pč, Ro), in herbidis montium Planinica et Mojan distr. Kuči (Ba); Rudo brdo et Pivljan supra Kolašin (Ja), Sinjavina planina; in montibus circa Andrijevica: Zeletin, Sjekirica, Mokra, Bjelastica, Krivi do (Ro).

### *Cnidium* GUSS.

2926. *C. silaifolium* (JACQ.) SIMK. — In rupestribus et dumetosis regionis montanae calidioris. — Ad Simunj distr. Katunska (Ro), in montibus Kosa et Rumija supra Bar (Do), in valle rivi Vrbnica distr. Piva (De, Si).

— f. *umbrosum* ROHL. Acta bot. boh. II:24. — Folia tenuiora segmentis latioribus. — In umbrosis ad Njeguši (Pej, Ro).

— var. *orientale* (BOISS.) HAL. Consp. I:648 (cf. ROHLENA V. Beitr. p. 46). — Folia rigidiora ambitu triangularia segmentis cuneato-ovatis in lacinias cuneato-oblongas obtusas saepe + lobatas fissa. — Rudine nikšićke; supra coenobium Piva; Trešnja et Čeklići prope Njeguši (Ro).

### *Selinum* L.

2929. *S. carvifolia* L. — In Salicetis vallis Zeta prope Danilovgrad (Pč).

*Ligusticum* L.

2930. *L. Seguieri* (JACQ.) KOCH. — In saxosis regionis montanae et subalpinae. — Sub monte Durmitor et in clivo Mali Lonac montis Sutorman; ab indigenis sub nomine „Velje zelje“ remedium populare laudatum (PANČIĆ Elench. 36).

— var. *balcanicum* (THELL.) HAY. — „Caulis angulato-sulcatus; foliorum laciniae breviores; involucelli phylla late membranaceo-marginata.“ — In valle fluminis Piva in declivi montis Maglić prope Mratinje (Ro); ad latera montis Lovčen (Pej, Ro).

2931. *L. mutellina* (L.) CR. — In pascuis, lapidosis, glareosis regionis alpinae raro. — Crna planina, Kom, Sinjavina planina, Mali Durmitor (Pt), in monte Velki Maglić distr. Kući (Sz); Jablan vrh supra Kolašin (Ba). Verosimiliter partim ad speciem sequentem pertinet.

\*2932. *L. albanicum* JĀV. (= *Meum Vandasi* ROHL. VI. Beitr. 21; *Ligusticum mutellina* subsp. *Vandasii* ROHL. l. c.). — A praecedente dignoscitur caule angulato-striato, foliorum laciis anguste linearibus vel linear-lanceolatis multo angustioribus (cca 0,5 mm) margine denticulato scabris, vaginis basalibus demum non fibrosis, umbellae radiis costatis asperulo-puberulis. — In pascuis sub monte Kom loco Štavna cca 1600 m (Ro).

*Angelica* L.

2934. *A. silvestris* L. — In pratis humidis ad lacus Barno et Pošćensko jezero sub monte Durmitor (Ro), in rivularibus sub monte Durmitor forma depressior, floribus roseis, involucro polyphyllo (PANČIĆ Elench. 36).

— var. *elatior* WAHLENB. (= *A. montana* SCHLEICH.); confer BECK Flora Bosne III: 454. — In umbrosis irriguis ad rivum Morača super. (Pč). — Sec MALÝ (Glasnik 1919, pag. 67) ad *A. Pančićii* VAND. pertinet.

\*2936. *A. brachyradiata* FREYN var. *Pančićii* (VAND.) HAY. — „Ab *A. silvestri* differt proportionibus multo maioribus, praecipue autem foliis magis decompositis, nam inferiorum segmenta primae ordinis bitemnatim decomposita sunt, segmentumque ordinis secundae 5—7na segmenta utrimque gerit, quorum unumquodque utrimque 3—4 foliola habet“

(VELEN. Fl. Bulg. 200). — Ab *A. brachyradiata* FREYN dignoscitur foliis glabris, fructibus fere dimidio minoribus pedicellis 2—4-plo brevioribus. — Ad rivulum prope Šavnički sub monte Ivica planina cca 900 m (Ro).

*Ostericum* HOFFM.

2939. *O. palustre* BESS. — In Alnetis supra Kolašin regionis subalpinae (Pč).

*Ferula* L.

2948. *F. communis* L. — In rupestribus calcareis supra coenobium Ostrog (Pč), Medun distr. Kuči; Nikšić (Ba).

2949. *F. glauca* L. — A praecedente dignoscitur foliorum laciniis linearibus (nec linearifiliformibus) obtusiusculis 1—2,5 mm latis subtus glaucis (nec viridibus) elevato-uninerviis, fructibus subminoribus glauco-pruinosis, vittis vallecularibus 3-fructu paulo (nec dimidio) brevioribus. — In rupestribus calcareis regionis inferioris mediterraneae. — Ad Bar (Ro).

*Ferulago* KOCH.

2951. *F. silvatica* (BESS.) RCHB. var. *commutata* (ROCH.) HAY. — A *F. galbanifera* dignoscitur foliis basilibus ambitu oblongis vel oblongo-lanceolatis basin versus angustatis, laciniis dense approximatis breviter linearilanceolatis longius mucronatis, involuci phyllis latioribus. — In pascuis et graminosis regionis subalpinae et montanae cca 1000—1500 m. — Inter Nedajno et Crkvica in Pivska planina, ad Šavnički sub Ivica planina; Ravno distr. Piva, Goraňsko supra coenobium Piva, Velestovo in nahija Katunska (Ro), Medun distr. Kuči (Ba).

2955. *F. galbanifera* KOCH. — In saxosis et herbidis regionis montanae et subalpinae. — Supra coenobium Ostrog (Pč), Borkovići distr. Piva, in declivi montium Vojnik et Maglić Pivski (Ro), Nikšić (Ba), in monte Kosa supra Bar (Do).

*Opopanax* KOCH.

2958. *O. chironium* (L.) KOCH. — In saxosis, lapidosis, dumetosis regionis inferioris et montanae. — Njeguši, Nikšićka župa (Pč, Ro), Kakarička gora prope Podgorica, circa Ulcinj, ad Zagarać supra Danilovgrad, Pošćensko jezero

supra Šavniki, Sinjac prope coenobium Piva (Ro), Nikšićko polje (Ba), Limljani prope Vir (Eb).

*P e u c e d a n u m* L.

2961. *P. ruthenicum* M. B. var. *Rochelianum* (HEUFF.) HAY. — „Ab affini *P. officinali* L. recedit foliis minus divisis trisectis (nec iteratim trisectis), eorum laciniis latioribus (2—4 mm latis), pedicellis brevioribus“ (NEILREICH Diagnosen 28). — In herbidis et pratis regionis subalpinae. — Circa Mokro prope Bijela distr. Šavniki (Pt), ad Gvozd distr. Drobnjaci (Pč), sub monte Vojnik (Ba).

2963. *P. longifolium* W. K. — Caule terete striato, osseo, foliis terz — quinques trisectis vel ternato-pinnatisectis, laciniis elongatis anguste linearibus cuspidatis vix 1 mm latis, carinatis numerosissimis et dense confertis, involucro monophyllo vel nullo, involucelli foliolis linearisubulatis, pedicellis fructum aequantibus vel subduplo superantibus, radiis umbellae striatis glabris, petalis luteis. — In rupestribus regionis inferiores et montanae calidioris. — In jugo montis Sutorman supra Bar (Pč), ad latera montis Lovćen (To, Ho, Ad, Pej), Rijeka (Ho); Krstac et Djevojački do prope Njeguši (Pej, Ro), in monte Orijen (Ad), in monte Kosa supra Bar (Do).

2964. *P. coriaceum* RCHB. — In pratis, silvis, saxosis regionis montanae et subalpinae. — In monte Javorje planina (Pč), in jugo montis Sutorman supra Bar (Ho), ad latera montis Lovćen supra Njeguši; in campo Nikšićko polje, Krnovo sub monte Vojnik, Šavniki sub Ivica planina; Zakamen, Goransko, coenobium Piva distr. Piva (Ro). („Supra Buan vallis Tušinae crescit alia forma umbellis copiosioribus brevius pedunculatis, foliis inferioribus tempore florescentia emmortuis, superioribus in paucas laciniis lineares divisus, supremis ad vaginas reductis. Sub nomine *P. olygophylli* m. amicis communis catum; eamdem formam in Dalmatia occurserunt monet cl. GRIESBACH.“ PANČIĆ Elench. 37.) Quid haec planta sit, nescio.

\*2968. *P. carvifolia* (L.) VILL. — In rupestribus et fruticetis supra coenobium Ostrog (Ho).

2969. *P. Schottii* BESS. var. *petraeum* (NOE) KOCH. — In dumetosis, ad marginem silvarum, in saxosis regionis montanae et subalpinae. — Planinica prope coenobium Ostrog (Ho),

Njeguši, Šavnik; Žabljak sub monte Durmitor, Zakamen, Leđenica planina, Goraňsko distr. Piva (Ro).

2973. *P. Neumayeri* (VIS.) RCHB. f. — Caulis compresso-teres striatus glaber demum rufescens; folia radicalia et inferiora 2—4 pinnati-partita ambitu triangularia, segmentis linearibus obtusis mucronatis crassiusculis carinatis in sicco canaliculatis; umbellae 2—6 radiatae; involucrum nullum vel monophyllum; involucelli polyphylli foliolis lanceolato-filiformibus acuminatis subtus lepidotis margine membranaceis; flores virescenti-flavi, petala lineis ramosis resiniferis exornata; fructus ovalis-oblongus a dorso compressus lepidoto-cinereus pedicello 4-plo longior. — In graminosis et lapidosis regionis subalpinae. — Ad Borkovići distr. Piva (Ro).

2976. *A. aegopodioides* (BOISS.) VAND. — Glabrum; caulis erectus crassiusculus fistulosus subangulato-striatus sparse et alterne ramosus; folia inferiora ampla ambitu triangularia ternatim bipinnatisecta, foliola magna 2—4 cm lata indivisa mollia viridia subtus ± glaucescentia breviter petiolata vel sessilia margine grosse serrata; umbellae 10—25 radiatae; involucrum 3—6phyllum phyllis linearis-subulatis deflexis, involucelli phylla 5—8 linearis-setacea pedicellos aequantia vel parum superantia; flores albi vel rosei; fructus margine alato membranaceo diaphano fructu fere aequilato; tota planta primo aspectu *Aegopodium podagrariae* similis. — In pratis humidis et ad rivulos regionis subalpinae. — Viruša dol sub monte Kom; etiam ad Andrijevica (Ro).

2978. *P. alsaticum* L. — In graminosis siccis et in dumetis lapidosis regionis inferioris. — Ad Sinjac et Vir (Pč); inter Plavnica et Podgorica; Topolica prope Bar (Ro).

2980. *P. cervaria* (L.) CUSS. — In silvis et dumetis lapidosis regionis inferioris et subalpinae usque ad 1400 m. — In valle fluminis Zeta prope Danilovgrad (Pč), circa Viljuša, Borkovići, Goraňsko, coenobium Piva; ad latera montis Vojnik (Ro).

— f. *angustisectum* WAISB. — Foliorum segmenta angustiora, 4—8 mm lata. — Cum typo in declivibus montis Lovćen versus Njeguši (Pej, Ro).

— var. *simplex* VANDAS (= *P. illyricum* MALÝ Glasnik XXXI: 79; BECK Fl. Bosne III: 471). — „Folia bipinnatisecta segmentis paucis praeter terminales saepe trilobos integris ovato-

oblongis basi valde inaequali subcordata sessilibus simpliciter spinuloso-serratis; radii umbellae latere interiore glabri.“ — In dumetis Skala Smedec distr. Trijepši (Ba), in monte Vojnik (Ro).

2981. *P. oreoselinum* (L.) MNCH. — In silvis et fruticosis regionis montanae. — In monte Lastva čevska distr. Katunska (Ro).

2983a. *P. austriacum* (JACQ.) KOCH. — In silvis et dumetis lapidosis regionis montanae et subalpinae. — In valle fluminis Tara (Pt), in valle Perućica sub monte Kom (Pt, Sz), in saxosis montium Durmitor et Javorje planina (Pč, Ba), in monte Dziebeze distr. Kuči (Sz); Cetinje et Sinjavina planina (Ba); supra coenobium Piva, ad latera montis Balj prope Andrijevica (Ro), Crna planina (Ba).

— var. *Fuchsii* (TEN.) THELL. — Foliorum laciniae angustiores sublineares acuminatae 1—1,5 mm latae. — Cum typo.

### *Anethum* L.

\*2983b. *A. graveolens* L. — In vineis ad Dobrsko selo supra Rijeka; circa Vir et Klopot subsppontaneum (Eb, Pč).

### *Pastinaca* L.

2985. *P. sativa* L. subsp. *eusativa* BRIQU. — In pratis et herbidis regionis inferioris et subalpinae usque ad 1200 m. — Circa Kolašin frequens (Ja), ad Šavniki et Bijela; circa Bar (Ro).

— subsp. *urens* (ROQU.) ROUY et CAM. — „Caulis saepissime teretiusculus (nec acute angulato-sulcatus) glabriusculus; petioli et saepe etiam in lamina pilis elongatis obsiti; umbellae 5—9-radiatae.“ — In pratis et dumetis regionis montanae et subalpinae. — Supra coenobium Morača (Pč), ad Bijela, Šavniki; Andrijevica et Mratinje (Ro), in monte Visitor supra Andrijevica (Sk).

### *Heracleum* L.

2989. *H. Orsinii* GUSS. var. *balcanicum* THELL. in HEGI Fl. M.-Eur. V. 2: 1433 (= *H. sibiricum* var. *triseptum* GRIS. in PANTOCSEK Adnotat. 79 „foliis triseptis palmatis fidisque“.) — A sequente, cui similis foliorum segmentis non petiolulatis, dignoscitur caule glabrescente, foliis coriaceis glab-

ris vel subtus breviter setulosis bipinnatilobis, raro superioribus trisectis vel pinnatilobis. — In pratis vallis Viruša dol infra Crna planina et in valle Perućica sub monte Kom (Pt).

2990. *H. Pollinianum* BERTOL. — In herbidis, du<sup>z</sup> metosis, lapidosis regionis subalpinæ et alpinae. — In monte Durmitor (Pč, Ro), in monte Bijela Gora sub clivo Vučji Zub (Pč), in montibus Maganik et Treblješ luka (Ho), Rumija planina supra Bar (Ba).

2991. *H. sphondylium* L. — In pascuis alpinis montis Hum Orahovski (Sz). An ne ad speciem sequentem pertinet?

2992. *H. sibiricum* L. (confer BECK Fl. Bosne III: 474; HEGI Fl. M.-Eur. V.2: 1432). — In silvis et pratis regionis montanae et subalpinæ. — In monte Lovćen (Ba), in montibus Kom Kučki (Ho), Mali Šavnik supra Njeguši (Pej), Viljuša; Pošćensko jezero supra Šavnik (Ro).

— var. *chaetocarpum* H. NEUMAYER et THELL. — Ovarium breviter setulosohispidum. — In pratis subalpinis montis Balj supra Andrijevica (Ro).

— f. *coloratum* ROHL. V. Beitr. 46. et X. Beitr. 9. — Flores fuscescentes. — In monte Lastva čevska distr. Katunska nahija; in monte Jerinja glava supra Andrijevica (Ro).

— var. *trisectum* GRIS. in PANTOCS. Adnot. 79. — Confer 2989. *H. Orsinii* var. *balcanicum* THELL.

### *Malabailla* HOFFM.

2996. *M. aurea* (S. S.) BOISS. — In rupestribus et lapidosis regionis inferioris. — Circa Rogami ad flumen Močrača (Pt), ad Klopot distr. Bratonožići (Pč), Doljani distr. Kuči (Ba), ad Kokoti et Podgorica (Ro). Occurrunt formæ: a. *lasiocarpa* STOJ. et b. *leiocarpa* STOJ.

### *Tordylium* L.

2999. *T. maximum* L. — In dumetis et cultis, ad sepes regionis inferioris et montanae calidioris. — Circa Cetinje (Pč, Kn, Vukčević), Dobrsko selo supra Rijeka; Vir (Pč), Medun distr. Kuči (Sz), circa Njeguši (Pej, Ro), ad Podgorica; Borkovići distr. Piva, Mratinje sub monte Maglić Pivski, Viljuša ad fines Hercegovinae, sub monte Balj prope Andrijevica (Ro).

3000. *T. officinale* L. — In lapidosis et herbidis regionis inferioris mediterraneae. — Circa Bar et Ulcinj (Ro).

3001. *T. apulum* L. — In saxosis et vineis prope Klopot distr. Bratonožići et supra Dobrsko selo inter Rijeka et Čestinje (Pč).

*Laser* BORKH.

3003. *L. trilobum* (JACQ.) BORKH. — In dumetis vallis Morača superior sub monte Javorje planina (Pč).

*Laserpitium* L.

3005. *L. siler* L. subsp. *eusiler* HAY. — In glareosis, dumetis, saxosis regionis subalpinae et alpinae. — In valle Perućica sub monte Kom (Pt, Ro), in saxosis montis Durmitor et in pascuis Rogam dictis sub monte Kom (Pč), in monte Pivljan supra Kolašin (Ja); Maglić Pivski; Goraňsko et Ledenica planina distr. Piva, Jablan vrh in Sinjavina planina, Štirnido sub Lola planina, ad latera montis Balj supra Andrijevica, in monte Lovćen versus Njeguši (Ro).

— subsp. *garganicum* (TEN.) HAY. — „Foliola elliptica vel oblonga 1–2 cm lata obtusiuscula mucronata basi attenuata, terminalia tria saepe basi confluentia et breviter decurrentia.“ — In glareosis Skala Rikavac distr. Kuči (Ba), Varda sub monte Kom et in monte Balj prope Andrijevica (Ba), in monte Rumija supra Bar (Do).

3007. *L. latifolium* L. — In silvis regionis subalpinae sub monte Durmitor versus Crvena Stijena (Pč, Ba), Brčeli prope Vir, Sutorman supra Bar (Eb).

3009. *L. marginatum* W. K. — In herbidis et saxosis ad Nedajno in Pivska planina cca 1500 m (Ro).

\*— var. *Gaudinii* (MORETTI) BECK. — In rupestribus et silvis ad Crno jezero sub monte Durmitor (Pt); Maglić Pivski, Borkovići, Zakamen, Ledenica planina distr. Piva; in montibus Ranisava et Durmitor; etiam in monte Balj supra Andrijevica (Ro).

*Daucus* L.

\*3016. *D. pumilus* (GOU.) BALL. — Phyllis involucri indivisis (non pinnatifidis) a sequentibus facile dignoscitur. — Ad litora maris prope Bar (Ba).

Adnot.: Quid sit planta a cl. PANČIĆ inter vineas ad Boljeviči distr. Crmnica lecta et sub nomine *Daucus maritimus* LAM. in Elench. Plant. 39 indicata, nescio.

\*3020. *D. guttatus* S. S. — A sequente dignoscitur: fructus aculei diametro mericarpii fere duplo longiores basi connati anguste confluentes, involucelli phylla linearis-setacea setulosa. — Circa Danilovgrad (Pt), in arenosis maritimis ad Štoj distr. Primorje (Ba), in campo ad Podgorica (Ho, Ro).

3021. *D. carota* L. — In pratis, cultis, ruderatis, ad vias regionis inferioris, montanae, subalpinae frequens.

— var. *sativus* DC. — Culta.

— var. *maior* VIS. — In litore ad Bar (Do).

### *Orlaya* HOFFM.

\*3023. *O. daucorlaya* MURB. — In lapidosis et graminosis regionis inferioris ad Spuž (Ho).

3024. *O. grandiflora* (L.) HOFFM. — In saxosis, lapidosis, ad vias, in cultis regionis inferioris, montanae, subalpinae usque ad 1500 m. — In valle fluminis Perućica sub monte Kom (Pt, Ro), circa Cetinje (Pč, Kn, Ba), ad Rijeka et Vir (Ho), ad Njeguši, Medun, Orahovo (Sz, Ba), Bioče, Jablan, Lopate, monastir Morača-Bistrica; in monte Pej supra Kolašin (Ja), circa Andrijevica (Ja, Ro), ad Viljuša; Varda distr. Piva et Mratinje sub monte Maglić Pivski (Ro) (confer ROHLENA: V. Beitr. pag. 45), Volovica prope Bar (Do), Limljani prope Vir, insula Vranina (Eb).

\*3025. *O. platycarpa* (L.) KOCH. — In lapidosis ad Cetinje (Ba).

### *Turgenia* HOFFM.

3026. *T. latifolia* (L.) HOFFM. — In arvis et campis ad Cetinje et Grahovo regionis montanae (Pč).

### *Caucalis* L.

3027. *C. daucoides* L. — In agris, cultis, fruticetis regionis inferioris, montanae, rarius subalpinae usque ad 1500 m. — Circa Danilovgrad (Pt), ad Cetinje et Vir (Pč), Njeguši sub monte Lovćen (Pč, Ro), in monte Kamenjak (Ho), in monte Pej supra Kolašin (Ja), ad pagum Kralje prope Andrijevka (Ro).

jevica (Ja, Ro), Viljuša ad fines Hercegovinae; Velestovo et Lastva Čevska distr. Katunska; Šavniki sub monte Ivica planina, supra coenobium Piva, in monte Jerinja glava supra Andrijevica, in valle fluminis Lim (Ro), in monte Rumija supra Bar (Do).

*Torilis* ADANS.

3030. *T. nodosa* (L.) GAERTN. — In ruderatis, ad sepes, inter vineas regionis inferioris et montanae calidioris. — Ad Vir, ad Klopot distr. Bratonožići (Pč), Bioče in valle fluminis Morača (Ja), circa Njeguši (Kn, Ro), circa Bar; Drušći prope Rijeka; Velestovo et Čevo distr. Katunska; in campo ad Podgorica (Ro).

3034. *T. arvensis* (HUDS.) LK. subsp. *euarvensis* HAY. (= *T. infesta* HOFFM.). — In fruticetis, cultis, ruderatis, ad vias regionis inferioris et montanae calidioris. — Ad Limljani prope Vir (Ho), inter Cetinje et Rijeka (Kš); Šavniki; circa Bar et Ulcinj (Ro, Do).

— subsp. *neglecta* (R. S.) THELL. — In calcareis ad Medun distr. Kuči (Sz), ad Rijeka (Ho).

3035. *T. anthriscus* (L.) GMEL. — In dumetis et fruticetis regionis montanae calidioris. — Circa Njeguši et Cetinje (Pč, Ro, Eb).

3036. *T. microcarpa* BESS. — „Caule graciliore, foliorum segmentis longioribus tenuioribusque, floribus magis radiantibus, fructu subduplo minore fere globoso aculeis brevisimis incurvis et valde adpressis obsito a praecedente differt“ (VELEN. Fl. bulg. 199). — In apricis aridis, in dumetis, ad sepes regionis montanae. — Ad Njeguši (Pt), sub monte Lovćen (Pč), in clivo Mali Lonac sub monte Sutorman (Pč), Vrojce distr. Kuči (Ba).

*Physocaulis* TSCH.

3038. *Ph. nodosa* (L.) TSCH. — In silvis, dumetis, ad sepes, in ruderatis regionis inferioris et montanae calidioris. — Circa Cetinje, Njeguši, Danilovgrad (Pč, Ro), Bar, Ulcinj, Rijeka, Vir, Bogetići, Nikšić, Podgorica, Kokoti, Zagarač (Ro).

*Chaerophyllum* L.

3040. *Ch. aromaticum* L. var. *brevipilum* MURB. — Caulis cum petiolis dense molliter breviterque pubescens. —

In fruticetis ripariis, silvis udis, in dumetis, ad sepes regionis inferioris, montanae, subalpinae. — „Per dicionem vulgare“ (PANČIĆ Elench. 39), in valle Tara prope Kolašin (Pč, Ja), circa Rijeka (Ba), Mali Šavnik et Trešnja supra Njeguši (Pej, Ro), in valle Lim prope Andrijevica (Ro, Sk), ad coenobium Piva, circa Viljuša (Ro); Cetinje (Ba).

3043. *Ch. aureum* L. — In pratis, ad rivulos, in fruticetis, ad margines silvarum regionis subalpinae et alpinae usque ad 1700 m. — In valle fluminis Perućica sub monte Kom (Pt, Ro), in valle Tara (Pt, Ja), ad pedem montis Durmitor (Pt, Ba, Ro), sub monte Hum Orahovski distr. Kuči (Sz), sub monte Ranisava prope montem Durmitor, in monte Jerinja glava supra Andrijevica, in montibus Varda et Ledenica planina distr. Piva; Štirni do sub Lola planina (Ro), Crna planina (Ba), Krivi do supra Aftovac ad confines Hercegovinae (De, Si).

— f. *glabriusculum* KOCH. — „Caulis glaber vel basi hispidus, folia margine et subtus ad nervos breviter pilosa.“ — Ad margines agrorum Benkaj territ. Trijepši distr. Kuči (Ba).

— f. *glabrum* KOCH. — Caulis cum foliis glaberrimus. — In valle Viruša dol sub Crna planina (Pt).

3044. *Ch. temulum* L. — In saxosis et ruderatis ad Njeguši et Danilovgrad (Pč).

3045. *Ch. bulbosum* L. — In fruticetis et dumetis, ad sepes et vias, in lapidosis regionis montanae et subalpinae. — Ad latera montis Lovćen (Ba), ad pagum Velika distr. Vasojevići (Ba), Trešnja et Šavnik supra Njeguši (Pej, Ro), circa Viljuša, Konjuhe prope Andrijevica (Ro).

\*3046. *Ch. laevigatum* VIS. Fl. Dalm. III: 65. — „Glaberrimum leve geniculis tumidis, foliis tripinnatipartitis, lacinulis lanceolato-linearibus elongatis acuminatis, superiorum linearibus, invocellis glabris, fructibus linearis-subclavatis“ (VISIANI I. c.). Caulis maculatus (confer BECK: Flora Bosne III: 375). — In valle Perućica infra montem Kom (Pt), Bostur in monte Lovćen (Kš), Ječmeni do in Šinjavina planina (Ba). Potius varietas speciei praecedentis.

3048. *Ch. cicutaria* VILL. (= *Ch. hirsutum* L. p. p.). — In locis humidis, ad ripas et fontes, in pascuis pinguibus, in silvis regionis subalpinae. — In valle Perućica sub monte Kom (Pt), in silvis sub monte Durmitor (Pt, Pč), Mokra sub

monte Dziebeze distr. Kuči (Sz), in valle Lim ad Andrijevica et Berane (Ro).

3049. *Ch. coloratum* L. — Ab omnibus praecedentibus petalis luteis differt. — In locis apricis, lapidosis, saxosis, inter dumeta e regione inferiore, montana usque ad subalpinam frequens. — Circa Rijeka et Danilovgrad (Pt, Pč, Ro), ad latera montis Lovćen (Pč), Tudjemile supra Bar (Ba, Ro), ad pagum Orahovo (Sz), Gradjani (Ba), ad monastir Morača (Ja), Krstac prope Njeguši (Gi, Pej, Ro), Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica, Kokoti, Viljuša, Cetinje, Šavniki, coenobium Piva, Gorańsko, Zagarać; in montibus Jerinja glava et Balj supra Andrijevica; Konjuhe sub monte Kom (Ro), in monte Rumija supra Bar (Do), in valle rivi Vrbnica prope Orak distr. Piva; Krivi do ad confines Hercegovinae supra Aftovac (De, Si).

*Anthriscus* PERS.

3051. *A. nitidus* (WAHLENB.) GARCKE. — In saxosis silvestribus vallis Viruša distr. Gornji Vasojevići (Pt, Pč).

3052. *A. silvester* (L.) HOFFM. — In fruticetis ad ripam fluminis Piva sub monte Maglić prope pagum Mražtinje (Ro).

3053. *A. nemorosus* M. B. — A praecedente differt fructu magis ovato et breviore, semper ± setulosoechinato et basi serie pilorum cincto (BECK Flora Bosne III: 380). — In silvis et dumetis regionis montanae et subalpinae. — Kovčice sub monte Durmitor (Pt); in declivi montis Maglić Pivski; Crkvica in Pivska planina; in declivi montis Lovćen versus Njeguši (Ro).

— f. *Baldacci* HAYEK. — Caulis sparse pilosus, folia glaberrima; involucelli phylla non ciliata. — Strenj vrh ad Velki Mikulić distr. Primorje (Ba). Sec. MALÝ Glasnik XXII, 1910 haec varietas = *A. fumarioides* (W. K.) SPRENG. f. *calvescens* MALÝ l. c.; cf. BALDACCI Iter alban.-mont. VI. 1898 No 24.

3054. *A. fumarioides* (W. K.) SPR. — In fruticetis, silvis, lapidosis regionis montanae, subalpinae, alpinae. — In saxosis vallis Morača super. sub rupe dicta Tijentača (Pč); in montibus Što et Gradište supra Kolašin (Ba), inter Njeguši et Cetinje (Ld), Treblješ luka prope Lukavica planina (Ro),

Rikavac distr. Kuči (Ba), in monte Lovćen (To), Krivi do supra Aftovac distr. Piva (De, Si).

— f. *bosniacus* (BECK) MALÝ. — Krstac in valle rivi Vrbnica distr. Piva (De, Si).

— subvar. *glaber* EVERS. — Krivi do et Krstac distr. Piva (De, Si).

3055. *A. Vandasii* VELEN. Fl. bulg. 219. — A praecedente dignoscitur caule glabro crasso elatiore jam in parte inferiore multiramoso, foliis maioribus magis divisus (3—4 pinnatisectis), segmentis l. ordinis longe petiolulatis, ultimae ordinis pinnatifidis, laciniis longioribus angustioribusque, petiolis angulatis et sulcatis, umbellis oppositis vel saepius verticillatis, fructibus maioribus (7—9 mm longis), rostro erecto fructu plus quam 5-plo breviore. „Planta statura gigantea patule multiramosa, foliorum limbo tenero flaccido ob magnam divisionem eximie decoro“ (VELENOVSKÝ l. c.). — In lapidosis et rivularibus frondosis regionis alpinae. — Lukavica planina (Ho), Sjekirica planina (Ro).

3056. *A. cerefolium* (L.) HOFFM. — Ad muros et in fruticosis ad Podgorica (Ro).

— var. *trichospermus* (SCHULT.) ENDL. — Fructus setoso-hispidi. — Ad Cetinje, Dobrsko selo supra Rijeka, circa Vir (Pč), ad Andrijevica (Ro).

### Scandix L.

3060. *S. pecten-veneris* L. — In agris, lapidosis, fructicetis e regione inferiore ad subalpinam usque ad 1500 m. — Konjsk planina (Ho), circa Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica, Danilovgrad, Zagarać, Njeguši; etiam in monte Jerinja glava prope Andrijevica (Ro); ad Šavnik sub monte Lovćen occurunt etiam formae, quae fructibus longioribus (usque ad 8 cm), rostro parte seminifera 3—4-plo longiore, involucelli phyllis profundius fissis ad var. *graecam* HAUSSKN. spectant.

3061. *S. macrorhyncha* C. A. MEY. — A praecedente dignoscitur foliorum laciniis linearis-setaceis brevioribus, umbellae radiis demum parum incrassatis, involucelli phyllis saepissime integris (rarius bidentatis), fructu minore (cum rostro 3—5 cm longo), rostro a dorso parum compresso (in parte superiore subcylindrico), stylis stylopodium aequantibus vel

— — var. *oriensi* RONN. — „Differt a *Th. aciculari* ramis perfecte goniotrichis, capitulis parvis, foliis floralibus crassinerviis, labio calycis superiore tubum aequante aut sesquies vel duplo superante quam labium inferius paulo longiore.“ — Cum typo in monte Durmitor, Lovćen, Lukavica planina, Vojnik et Kapa njeguška; etiam ad Podgorica, Čevo distr. Katunska nahija et ad Krstac pr. Njeguši (Pej, Ro), Rumija supra Bar (Lo).

\*— — var. *lovćenicus* ROHL. et RONN. — Differt a *Th. oriensi* caulis internodiis superioribus (1—2) holotrichis. — Cum praeced. sub monte Lovćen locis pluribus: Longor rupa,

Duge, Šanički vrh et Krstac (Ro, Pej); in monte Rumija supra Bar (Do).

\*4074. *Th. longidens* VELEN. var. *dessareticus* RONN.  
— E sect. *Eurepentes*: caules procumbentes basi lignosi; rami floriferi simplices holotrichi breviter retrorso-pilosii; folia anguste lanceolata 8—9 mm longa, cca 2 mm lata, in media parte latissima, subcoriacea basi ciliata glandulis parvis sparsim punctata, non elevatim nervosa, nervis camptodromis; pedicelli breviter retrorso hirti, pilis longis patentibus intermixtis; calyx parvus (cca 3,5 mm longus) villosus, tubo quam labium breviore, dentibus tenuiter acuminatis patenter et longe ciliatis. — In gramin. reg. subalpinae ad Borkovići distr. Piva cca 1400 m (Ro).

\*4083. *Th. moesiacus* VELEN. var. *adenocalyx* RONN.  
— Pseudorepens vel eurepens; caules simplices prostrati radicantes, rami floriferi simplices tenues unacum stolonibus undique breviter retrorso-pilosii, folia glabra ramorum sterilium basalia rosulata subulata, media et superiora maiora obovata vel obovato-spathulata 10—12 mm longa, 3—5 mm lata margine subrevoluta, basi margine ciliata nervis parum prominulis; folia caulis procumbentis et surculorum sterilium maiora, sparse et minute glandulosopunctata; bracteae foliis similes; pedicelli pilis et glandulis stipitatis obsiti; calyx breviter late campanulatus cca 3 mm longus, circumcirca villosus, labiis tubo sublongioribus dentibus superioribus subulato-attenuatis. — In gramin. et lapid. reg. mont. et subalp. — Circa Andrijevica locis pluribus: in valle fl. Lim, ad latera montis Žoljevica et Jerinja glava (Ro).

\*4085. *Th. Malýi* RONN. — A praeced. dignoscitur praesertim ramis floriferis dense ± patenter villosis, foliis in faciebus dense longeque pilosis. — In rupestr. et gramin. reg. montanae et subalp. — Ad Šavnički sub Ivica planina, ad Bukovica sub monte Durmitor; Goraško distr. Piva cca 800—1400 m (Ro).

\*4087. *Th. Jankae* ČEL. var. *serbicus* PETROVIĆ. — In alp. montis Durmitor loco Savin Kuk cca 2000—2300 m (De, Si).

4105. *Th. pulegioides* L. subsp. *montanus* (W. K.) RONN. — A *Th. ovato* MILL. differt foliis crassiusculis nervis subtus conspicue prominentibus, basi non vel sparse ciliatis, calycis tubo glabro vel in ventre piloso, dentibus superioribus

glabris. — In gramin. reg. subalp. — Carine et Konjuhe sub monte Kom; Murino sub Velika pr. Andrijevica (Ba).

— var. *ruplicola* H. BRAUN. — Calycis tubus in ventre pilosus, dentes superiores glabri; folia elliptico-oblonga, inflorescentia capitulata, calyx ruber. — Ad Kralje pr. Andrijevica (Ja).

\*— var. *amplificatus* (SCHUR) RONN. — A praeced. dignoscitur foliis multo maioribus 13—18 mm longis, 7—9 mm latis, ovatis vel ovato-rotundatis, inflorescentia longe spicata. — In valle flum. Tara ad Kolašin (Ja).

4108. *T. h. alpestris* TAUSCH (= *T. sudeticus* OPIZ). — A cl. RONNIGER in HAYEK Prodromus II: 375 e Monten. indicatus. Ad Ponikvica, Maganik et Pavlova livada (Ho).

4109. *T. longicaulis* PRESL. — In monte Pivljan (Ja), ad Bar, Ulcinj, Matoševo pr. Kolašin; Šavnik sub monte Ivica planina (Ro).

— var. *Freynii* RONN. — Folia omnia linearispathulata vel linearia 1—2 mm lata. — Rarius cum typo (Ro).

— var. *intermedius* POSP. — Differt caule robustiore, foliis latioribus (10—17 mm longis, 3—7 mm latis); calyx saepe subglaber glandulis stipitatis nullis. — Cum typo ad Njeguši (Ro).

\*— var. *salonianus* RONN. — Planta robusta; folia superiora et media ramorum floriferorum et folia surculorum sterilium usque ad 12 mm longa, 4 mm lata; calyx 3—4 mm longus aequo longe pilosus et copiose stipitato-glandulosus. — In monte Lovčen; Šavnići sub Ivica planina; in monte Balj et ad Andrijevica (Ro), Velki Mikulić supra Bar (Lo).

\*— var. *scabrifolius* ROHL. et RONN. — Folia in facie superiore papillis brevissimis dense tecta; calyx pilosus et glandulis stipitatis sparse obsitus; pedicelli retrorse pubescentes et glandulis stipitatis sparse praediti. — Kunji do sub monte Lovčen, Goraško distr. Piva (Ro).

\*— var. *dalmaticus* (RCHB.) RONN. — Folia ramorum floriferorum plerumque angusta; calyx (dentibus inferioribus exceptis) glaber. — Krstac et Velje osoje ad Njeguši (Pej, Ro).

4110. *T. Rohlena* VELEN. — E sect. *Eurepetens* vel *Pseudorepentes*: a praeced., cui affinis et habitu similis, dignoscitur praesertim calyce 3 mm longo brevissime campanulato.

glandulis rubellis magnis dense consperso praeterea unacum pedicellis glandulis pedicellatis (microscopicis!) dense vestito, foliorum nervis crassiusculis subtus magnis prominuluis; stolones longe repentes radicantes ramosi remote foliosi unacum caulibus florentibus bifariam pilosi vel fere glabri; folia omnia conformia oblongo-linearia glabra basi parce ciliata glabra margine subrevoluta glandulis rubellis magnis crebre conspersa; calycis dentes inferiores superioribus brevissime late triangularibus paulo breviores. — In gramin. et pasc. reg. infer. et montanae calidioris. — Ad Ulcinj (locus classicus!), praeterea etiam ad Podgorica, Čevo et Rudine nikšićke distr. Piva; ad latera montis Lovčen et ad Velje osoje pr. Njeguši (Ro, Pej), inter Cetinje et Rijeka (Kš). (Vidit RONNIGER; confer HAYEK Prodr. II: 377 adnotat. 1.)

\*— subvar. *dilatatus* RONN. — Planta robusta; folia per magna et latissima, ramorum floriferorum 9 mm lata, stolonum 15—17 mm longa, 5—7 mm lata. — Non raro ad Njeguši et ad latera montis Lovčen: Kapa njeguška, Velje osoje et Ždrije (Pej, Ro), Rumija supra Bar (Lo).

\*4113. *Th. longicaulis* × *striatus* = *Th. Korbii* RONN. — Inter parentes in monte Lovčen et in monte Kapa njeguška supra Njeguši (Pej, Ro).

\*4116. *Th. zygiformis* H. BR. — In monte Visitor supra Andrijevica (Lo).

4117. *Th. balcanus* BORB. — Caulis longe reptans; rami floriferi imperfecte goniotrichi, distiche tantum pilosi, sub inflorescentia holotrichi; folia subcoriacea vel coriacea glabra [vel in var. *Vandasii* (VELEN.) RONN. supra pilosa], infima parva oblonga vel elliptico-oblonga, 4—5 mm longa, 1—1,5 mm lata, ad basin ramorum florifer. dense conferta, media spathulato-rotundata vel oblongo-spathulata, floralia rotundato-elliptica vel elliptica; folia surculorum sterilium margine a basi usque ad  $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$  ciliata; nervi pseudomarginati (vel in var. *Beckii* RONN. plane marginati), in formis umbrosis satis tenues (confer RONNIGER in HAYEK Prodr. II: 380 adnot. 1!); calyx 3 mm longus in dorso glaber in ventre pilosus. — In gramin. et pasc. reg. subalp. et alpinae in omnibus montibus dicionis septentrionalis frequens. — Maglić Pivski, Ledenica, Ranisava, Ivica planina, Durmitor, Bukovica sub monte Durmitor, Vojnik, Korita rovačka, Štirni do, Piperska Lukavica,

Javorje planina, Kom Vasojevički, usque ad 2200 m (Ro), in monte Kom Kučki (Ho). E montibus dic. merid. (Lovćen et Rumija) adhuc non vidi.

\* — var. *decorus* RONN. — Volujačko jezero; Vlasuja planina cca 2000 m (Havelka fide MALÝ).

\* — var. *Vandasii* (VELEN.) RONN. — In alp. montis Maglić Pivski et Durmitor (Ro, De, Si), in pratis montanis Krivi do distr. Piva (De, Si).

— var. *Beckii* RONN. — In alp. montis Maglić Pivski et Durmitor (Ro).

\* — var. *brevidens* (VELEN.) HAY. — Savin Kuk in monte Durmitor (De, Si).

\* — var. *montenegrinus* ROHL. et RONN. — Rami floriferi in parte infer. subglabri, in parte super. brevissime gonostrichi; folia glabra utrimque glandulis pellucidis dense punctata. — Cum typo in monte Vojnik et sub monte Durmitor (Ro).

### *Lycopus* L.

4119. *L. europaeus* L. — In humidis, fossis et ad ripas reg. infer. et subalp. — Ad Danilovgrad (Pt, Ro), circa Vir (Pč, Ro), circa Bar, Ulcinj, Podgorica et supra Šavniki (Ro), Andrijevica (Ja, Ro), supra coenob. Morača (Ja).

— f. *mollis* (A. KERN.) BRIQU. — Caulis longe molliter villosus; folia subtus dense pubescentia vel villosa. — Cum typo ad Bar, Ulcinj et Podgorica (Ro).

\*4120. *L. exaltatus* L. f. — Ad rivulum pr. coenob. Piva (Ro).

### *Mentha* L.

4121. *M. pulegium* L. — In humidis, incultis et in fossis reg. infer. et montanae. — Ad rivulum Sušica pr. Danilovgrad (Pt), ad Vir (Pč), Rijeka (Pč, Ba, Ho, Kn), Cetinje (Kn), Plavnica (Sz), circa Podgorica, Nikšić et Viljuša (Ro).

— var. *erecta* WIRTG. f. *subhirsuta* (H. BR.) HAY. — Caulis, petioli calycesque dense pilosi. — Cum typo ad Plavnica (Sz), Golo brdo, Krstačko polje et Kunji do ad Njeguši (Pej, Ro), in lacu Skadarsko jezero (f. *communis* TOP.) (Ro).

\* — var. *subtomentella* H. BR. — Caulis erectus dense appresse pilosus; folia parva vel mediocria, imprimis inferiora

pilis patulis albidis dense vestita. — Ad Podgorica et inter Nikšić et Bogetići (Ro).

\*— f. *hirsuta* PÉR. — Caulis patule hirsutus. — In aren. marit. ad Bar (Do).

4122. *M. arvensis* L. subsp. *austriaca* (JACQ.) BRIQU. f. *deflexa* (DUM.) TOP. — In pascuis humidis reg. mont. et subalp. — Šavnik; Bukovica sub monte Durmitor (Ro).

4127. *M. aquatica* L. — In recessibus lacus Scodrani (Pč).

4131. *M. spicata* HUDES. f. *minutodonta* (TOP.) HAY. — Folia oblongo-lanceolata dentibus accumbentibus minutis. — E Monten. a cl. TOPITZ indicata (Ba).

4132. *M. longifolia* L. subsp. *longifolia* BRIQ. — In fossis, humidis et ad vias reg. infer., mont., rarius subalpinae. — Ad Sinjac pr. Vir et sub Danilograd (Pč), Andrijevica (Ho), Čevo distr. Katunska nahija; Mratinje sub monte Maglić (Ro).

— f. *Eisensteiniana* (OPIZ) BRIQU. — In pinguibus Mokra sub monte Dziebeze distr. Kuči (Sz).

— f. *anisodons* TOP. — Folia oblongo-elliptica cca 6 cm longa, 1,8—2,5 cm lata, acuminata subtus tomentella valde irregulariter acute dentata; spicae graciles. — Ad Njeguši (Sa).

— subsp. *grisella* BRIQU. (= *M. mollissima* BORKH. et aut. monten.). — Ad Vir et Rijeka (Pč, Pt), Njeguši, Višnjuša, Šavnik, coenob. Piva, mons Vojnik, Plavnica (Ro), Cetinje (Kn), Kolašin et Matoševo in valle fl. Tara (Ja), Bar (Do).

— ad f. *Ehrenbergii* BRIQU. verg. — Cum praeced. ad Njeguši (Ro, Pej).

— f. *montenegrina* TOP. — Ad Belveder pr. Cetinje (Bierbach).

— f. *paramecophyllum* TOP. — Ad Djinova brda (Bierbach).

— var. *Wierzbickiana* (OPIZ) HAL. f. *terasia* TOP. — Ad Cetinje (Bierbach).

\*4133. *M. microphylla* C. KOCH. var. *illyrica* (BORB. et H. BR.) HAY. — A praeced. dignoscitur imprimis pilis

saltem pro parte taeniatis et ramosis (nec simplicibus). — In humidis reg. infer. ad Rijeka (Kn).

4135. *M. longifolia*  $\times$  *rotundifolia* = *M. niliaca* JACQ. f. *Burghardiana* OPIZ. — Caulis valde ramosus; folia magna 4—10 cm longa late oblongo-elliptica acuta supra viridia dense breviter pilosa, subtus cano- vel albido-tomentosa, acute serrata dentibus apice saepe subrecurvis; spicae compactae vel basi subinterruptae 4—7 cm longae. — In pascuis pinguibus Mokra sub monte Dziebeze distr. Kuči (Sz).

## Globulariaceae

*Globularia* L.

4140. *G. Willkommii* NYM. — In lapid. et gramin. siccis reg. mont. et subalpinae. — Nikšićka župa (Pč), in monte Lisa pr. Andrijevica (Ba); Radovče polje et Konjsk planina (Ho), ad Viljuša et in monte Vojnik (Ro).

4142. *G. cordifolia* L. subsp. *bellidifolia* (TEN.) HAY. — In lapid. et rupestr. reg. mont., subalp. et alpinae in ditione frequens.

— subsp. *cordifolia* (L.) HAY. — Cum typo.

## Plantaginaceae

*Plantago* L.

4145. *P. psyllium* L. — In locis apricis et in arenos. marit. ad Ulcinj (Ro).

\*4147. *P. indica* L. — In arenosis reg. infer. medit. — Topolica pr. Bar (Do).

4151. *P. altissima* L. — In salsis reg. mont. ad Nikšić (Ro), Bar (Do).

4152. *P. lanceolata* L. var. *communis* SCHLD. — In gramin., pratis, ruderat. et ad vias reg. infer., mont. et subalp. in tota ditione.

— var. *sphaerostachya* M. K. — A typo differt scapo minus sulcato, sed dense appresse sericeo, foliis angustioribus 3—5-nerviis, spicis post anthesin globosis vel ovatis, bracteis calyce-brevioribus. — Ad Cetinje (Kn), in monte Lovćen (To).

— var. *eriophylla* DECNE. — Folia breviora oblonga vel oblongo-lanceolata ut scapi tenues, imprimis basi dense albo-

lanata, spicae ovatae vel globosae pallidae. — In lapid. et are-  
nosis reg. infer. et mont. calidioris. — Circa Podgorica, Nje-  
guši et Nikšić (Ro), ad Cetinje (Kš).

— var. *desertorum* VELEN. — Ad Podgorica (Ro).

\*4153. *P. lagopus* L. — In lapid., inundatis et ad vias  
reg. infer. mediterr. — Circa Bar (Ro, Do). (Etiam in gramin.  
montis V. Maglić distr. Kuči a cl. SZYSZYLOWICZ indicata;  
verosimiliter introducta e reg. inferiore, nam haec species in  
reg. alp. non crescit).

4154. *P. major* L. — In pascuis, fossis, ad vias et ripas  
reg. infer., mont. et subalp. in tota dicione.

— f. *intermedia* (GILIB.) DECNE. — Annua; folia bre-  
viter petiolata solo adpressa, basin versus grosse dentata; scapi  
prostrati vel adscendentibus; spica brevis. — In pratis Korita  
dictis sub monte Hum Orahovski distr. Kuči (Ba).

— var. *minima* (DC.) WIMM. GRAB. — Annua, nana;  
folia longe petiolata ovata integerrima vel parce denticulata  
unacum scapis + dense appresse pilosa. — In pratis humidis  
ad Žabljak sub monte Durmitor (Ro).

— var. *paludosa* (LED.) BÉGUIN. — In gramin. ad pag.  
Kovčice sub monte Durmitor (Pt), Gornje polje pr. Njeguši  
(Pej, Ro).

\*4154b. *P. pauciflora* GILIB. — Ad vias pr. Njeguši  
(Pej, Ro).

4155. *P. reniformis* BECK. — A praeced., cui similis et  
affinis, dignoscitur imprimis scapis folia 2—3-plo superantibus,  
foliis longe petiolatis reniformibus vel suborbicularibus, basi  
saepe cordatis, antheris albis et capsulae loculis monospermis.  
— In pascuis reg. alp. et subalp. dic. septentrionalis. — In  
monte Ranisava et ad Bukovica sub monte Durmitor, in mon-  
tibus Ledenica et Maglić Pivski; Štavna sub monte Kom; Sjeki-  
rica planina supra Andrijevica (Ro), Poljana pr. Volujačko  
jezero (Ma).

4157. *P. media* L. — In pratis et gramin. reg. infer.,  
mont. et subalp. in tota dicione.

— f. *plicata* (SCH. N. K.) BECK. — Folia lata late acumi-  
nata magis pilosa; filamenta obscure violacea, corolla nivea. —  
In pasc. montis Kom (Pt).

4158. *P. argentea* CHAIX. — In gramin. et lapid. reg. mont., subalp. et alpinae. — Carine sub monte Kom (Pt), ad Medun supra Podgorica et in pascuis pinguibus Mokra sub monte Dziebeze distr. Kuči (Sz), Konjsk~~s~~planina (Ho), in monte Lovčen (Vh, Pej, Ro), in monte Jastrebica (Ad), supra Njeguši (Pej, Ro), ad Šavniki, Borkovići et Črtov do distr. Piva, in valle Perućica sub monte Kom; Sjekirica~~s~~planina, Zeletin supra Andrijevica, Kom Vasojevički (Ro), Sinjavina planina (Ba, Ro), in monte Durmitor jugo Šljeme (Pč), Čafa velja pr. Rikavac (Df), Rumija supra Bar (Do), supra lacum Crno jezero in monte Durmitor, Piva planina pr. Nedajno (De, Si).

— f. *capitata* (HOPPE et HORNSCH.) BÉGUIN (= var. *gracilis* ROHL. V. Beitr. 86). — Folia anguste lanceolata 3-nervia; scapus gracilis cca 10 cm altus foliis parum longior; spica breviter ovata. — Davidov do supra Njeguši (Pej, Ro).

4159. *P. montana* HUDS. subsp. *attrata* (HOPPE) PILG. — In pascuis, apricis, ad nives deliquescentes reg. subalp. et alpinae. — In monte Jastrebica et Bijela Gora ad fines Hercegovinae (Pt, Pč, Ba, Ro), Javorje planina (Pč), Crna planina (Ba), Volujačko jezero (Ma), Maglić Pivski; Bjelastica et Zeletin supra Andrijevica (Ro), inter Vermoš et Širokar distr. Kuči (Df).

— var. *angustifolia* HAL. et BALD. — Humilis; folia glabra rigida valde angusta; spica pauciflora; bracteae acuminatae late ovatae in lateribus pallidae. — In herb. alp. summi montis Žijovo distr. Kuči (Ba), in monte Maglić Pivski (Ro).

\*— var. *durmiturea* NOVÁK in litt. ad me. — Bracteae late rotundatae vel late rhomboideae paulum latiores quam longae in lateribus obscure fuscae glabrae, carina interdum parce pilosa, folia angusta 6—10 mm lata et usque ad 65 mm longa supra crispula villosa vel lanuginosa subtus ad nervos appresse sericeo-villosa, scapi suberecti foliis duplo longiores patenter lanuginosi, spicae densiflorae 20—50-florae globoso-ovatae. — In pascuis alpinis montis Durmitor (No); Čirova et Ledena Pećina in monte Durmitor (De, Si).

4163. *P. Bellardii* ALL. — In lapid., arenos. et in pascuis reg. infer. mediterr. — Circa Bioče in valle fl. Morača; ad coenob. Duga et in distr. Bratonožići (Pt), circa Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica et Danilovgrad (Ro).

4165. *P. coronopus* L. — In apricis, incultis et lapid. reg. infer. dic. medit. — Ad Bioče (Pt), circa Bar, Rijeka, Podgorica, Spuž et Danilovgrad (Ro).

4167. *P. carinata* SCHRAD. — In rupestr., in locis apricis et lapid. reg. infer., mont. et subalp. frequens. — Šavnik (Pt, Ro), Cetinje (Pč, Kn), Grahovo (Pč), Njeguši (Sz, Pej, Ro), Rijeka (Ho), Kostića distr. Kući; Durmitor, Gvozd-Han et Nikšić (Ba), in monte Vojnik (Ba, Ro), Višljuša, Borkovići distr. Piva, Lastva čevska et Velestovo distr. Katunska nahija; Podgorica; etiam in monte Lovćen (Ro), Krivi do distr. Piva (De, Si).

— f. *bidens* MURB. Beitr. 51. — Folia plurima in utroque margine dente subulato 3—5 mm longo instructa. — Cum typo et cum f. *longebracteata* KOCH ad Podgorica (Ro).

## Gentianaceae

### *Centaureum* HILL.

4170. *C. spicatum* (L.) FRITSCH. — In fossis et locis humidis reg. infer. mediterr. — Ad Vir (Pč), Plavnica (Ro), Bar (Ro, Do).

4172. *C. umbellatum* GILIB. — In graminosis, du mosis et ad marg. silvarum reg. mont. et subalpinae. — Circa Ploča et Kovčice (Pt), supra coenob. Morača (Pč, Ja), Krs tačko polje (Ho, Pej, Ro), ad latera montis Vojnik et Lovćen (Ro), circa Andrijevica et Kralje (Ja, Ro), Bar, Rumija (Do). Verosimiliter loca hic enumerata (saltem partim) ad subspec. sequent. pertinent.

— subsp. *transiens* (WITTR.) RONN. — „Calyx sub flore corollae tubum fere aequans; corollae laciniae longitudine  $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$  tubi; antherae 2—3 mm longae filamentis aequilongae vel sublongiores; inflorescentia densa.“ — Ad Njeguši et Podgorica (Ro).

— f. *pallens* (FREYN) K. MALÝ (an f. *pallidiflorum* ROHL. V. Beitr. 91). — Corollae albidae. — Ad Podgorica et in monte Bogojeva glava pr. Njeguši frequens (Ro).

4175. *C. tenuiflorum* (HOFFMG. et LK.) FRITSCH (confer ROHLENA V. Beitr. 88). — In fossis, inundatis et pratis humidis reg. infer. mediterr. — Ad Rijeka (Pt), circa Vir, Plavnica, Podgorica et Bioče (Ro), Bar (Do).

4176. *C. pulchellum* (SW.) DRUCE. — In aren. et pratis humidis, in fossis reg. infer., mont., rarius subalpinae. — Circa Danilovgrad (Pt, Pč), ad lacum Riblje jezero sub monte Durmitor (Pt), ad Boljevići et Vir (Pč, Ho), circa Rijeka (Kn, Ho), Bukovica sub monte Durmitor (Ba), Drušići distr. Lješanska nahija, Podgorica et Andrijevica (Ro).

4177. *C. maritimum* (L.) FRITSCH. — In pratis et gramin. reg. infer. medit. — In valle fl. Zeta circa coenob. Ždrebani et ad Martinići (Pt), in arenosis et lapid. planitiei ad Podgorica: Lješko polje et Gornja Zeta (Ro).

*Gentiana* L.

4178. *G. lutea* L. subsp. *symphyandra* MURB. — Antherae inter se coalitae; stigmata elongata filiformia post anthesin non revoluta. — In pratis et gramin. reg. alpinae. — Crna planina (Pt), Kom, Sinjavina, Durmitor (Pt, Pč, Ro, Ba), Javorje planina (Pč), Korita rovačka (Ho, Ro), Žijovo planina, Rogam et Varda (Ba), Maglić Pivski, Lukavica planina; Štirni do, Bukovica sub monte Kom (Ro).

4179. *G. punctata* L. — In pascuis alp. in monte Bjelasica planina supra Kolašin cca 2000 m (Ro).

4181. *G. cruciata* L. — In gramin., pascuis et dumetis reg. mont., subalp. et alpinae in tota dicione frequens.

\*4182. *G. asclepiadea* L. — In silvaticis, pratis et dumet. reg. subalp. et alp. in omnibus mont. dic. sept. et septentr. orient. — E montibus dic. merid. Lovćen et Rumija adhuc non vidi.

4183. *G. pneumonanthe* L. — In salicetis ad lacum Scodranum (Pč).

4185. *G. Kochiana* PERR. et SONG. — In pratis et pascuis reg. alpinae dic. septentr. — In monte Kom (Pt, Ro, Lo), Gradište supra Kolašin (Ba), in monte Maglić Pivski; in montibus Sjekirica, Bjelastica et Zeletin supra Andrijevica (Ro), Štavna sub monte Kom (Ja), in monte Prokletija ad confines Albaniæ (Df).

4188. *G. verna* L. — In pratis et pascuis reg. subalp. et alp. in omnibus montibus dicionis septentrionalis frequens. — E mont. dic. merid. (Lovćen et Rumija) adhuc non vidi.

— f. *angulosa* WAHLB. — In monte Kom et Visitor pr. Andrijevica (Lo).

— subsp. *tergestina* (BECK) HAY. — Volujačko jezero sub monte Maglić (Ma), Ališnica in monte Durmitor (Ht), Ledena et Čirova pećina in monte Durmitor (De, Si), in monte Kom Vasojevički (Lo). Verosimiliter etiam alibi.

4189. *G. utriculosa* L. — In gramin., pascuis, et lapid. reg. mont., subalp. et alpinae in tota dictione frequens. Etiam in monte Lovćen!

— f. *montenegrina* BECK et SZ. — Nana uniflora, calyx minus alatus. — Ad latera montis Dziebeze distr. Kuči (Sz).

4192. *G. ciliata* L. — In calcareis supra Njeguši cca 950 m (Pej, Ro).

4193b. *G. levicalyx* ROHL. (= *G. campestris* var. *laevicalyx* ROHL. V. Beitr. p. 87; *G. durmitoreum* ROHL. in sch.; ? *G. campestris* PANČ.). — Floribus tetrameris et calycis laciniis valde inaequalibus (duobus latis angustiora tegentibus) in affinitatem *G. campestris* spectat, sed differt floribus multo minoribus (cca 12–15 mm), calycis laciniis pro more angustioribus acutioribusque margine levibus (nec papilloso-ciliatis), ovario longiuscule stipitato utrimque attenuato; flores (in sicco!) lutescentes videntur; an semper? — In pascuis alp. montis Durmitor loco „Savin Kuk“. — Planta ulterius observanda, nam legi tantum specimen unicum.

4194. *G. crispata* VIS. — Caulis erectus ramosus; folia basalia oblongo-spathulata obtusa, caulinis oblonga internodiis aequilonga vel longiora, superiora acuta; calyx 5-fidus segmentis fere aequilatis margine undulato-crispis et atratis; corolla violacea (rarius flavescentia vel alba) fauce fimbriatim barbata; ovarium stipitatum. — In praeruptis et pascuis reg. subalp. et alp. in omnibus montibus (etiam in monte Lovćen!) frequens.

Secundum cl. Ivo PEVALEK\*) (Zagreb) occurunt quatuor subspecies:

\*1. subsp. *Bošnjakii* PEV. l. c. p. 327. — „Caulis parce vel non ramosus; internodia pauca; folia internodiis longiora vel aequilonga, media acuta vel obtusa; flores parvi 12–18 mm

\*) Confer: Dr. Ivo PEVALEK: Prilog poznavanju oblika Gentiana crispata in Glasnik Prirodoslovnog društva Zagreb 1939.

longi; gynophorus brevis ad maximum 1 mm longus". — In regione alpina. — Durmitor: Savin Kuk (Boš).

\*2. subsp. *Visianii* PEV. l. c. p. 328. — „Habitus congestus; caulis jam a basi vel tantum in parte super. ramosus; folia inferiora internodiis longiora vel aequilonga (rarius breviora), media acuta vel obtusa internodiis longiora; flores 19—30 mm longi; gynophorus 1—3 mm longus". — In regione montana frequens.

\*3. subsp. *amblyphylla* BORB. — „Caulis solum in parte superiore ramosus; folia caulina omnia obtusa rarius media acutiuscula internodiis 3—5-plo breviora; flores 19—30 mm longi; gynophorus 1—3 mm longus". — In regione mont., rarius subalpina. — In monte Vila distr. Kuči (Ba), ad Kolašin (Ja), Pepići pr. Andrijevica (Lo). Verosim. etiam alibi.

\*4. subsp. *autumnalis* PEV. l. c. p. 332. — „Habitus congestus; caulis jam a basi valde ramosus; folia internodiis ± aequilonga vel ad maximum 2-plo breviora, media acuta". — In reg. mont. vel subalp. — Pitomine sub monte Durmitor (Boš). Forsan etiam alibi.

4195. *G. germanica* WILLD. subsp. *austriaca* (A. et J. KERN.) HAY. — In pratis pinguis reg. subalp. dic. septentrionalis. — Ad Kolašin (Pč), supra Tušina distr. Drobnjaci; Carine sub monte Kom; in monte Lisa pr. Andrijevica (Ba), Ivica planina supra Šavnik (Pč, Ba). Verosimiliter loca hic enumerata aut ad var. *lutescens* (VELEN.) HAY. aut ad subsp. *carpathicam* (WETTST.) HAY. pertinent.

— — — var. *lutescens* (VELEN.) HAY. — Jerinja glava, Visitor supra Andrijevica (Ro, Sk), Pepići pr. Andrijevica (Lo).

### *Sweertia* L.

4199. *S. perennis* L. — In humidis et spongiosis reg. subalp. — Ad pagum Kovčice sub monte Durmitor (Pt), circa lacum Riblje jezero sub monte Durmitor (Pč).

### *Blackstonia* HUDS.

4200. *B. perfoliata* (L.) HUDS. — In asperis, glaucoisis et inter dumeta reg. infer. et montanae calidioris. — Ad Ploča et Rijeka (Pt, Ro), Limljani distr. Crmnica; Grahovo (Pč), Medun distr. Kuči (Ba), circa Bar, Ulcinj, Boljevići pr. Vir et Podgorica (Ro).

4201. *B. serotina* (KOCH) BECK. — In humidis et graminosis reg. infer. et montanae calidioris. — Ad Rijeka et Njeguši (Ro), in monte Kom Kučki? (Ho).

— var. *aestiva* K. MALÝ. — In pratis arenosis ad Bar (Do).

### *Microcalia* HOFFMG et LK.

4202. *M. filiformis* (L.) HOFFMG et LK. — In pratis humidis reg. infer. medit. ad Topolica pr. Bar (Ro).

## ***Menyanthaceae***

### *Menyanthes* L.

4203. *M. trifoliata* L. — In humidis et paludosis reg. subalp. — Circa lac. Riblje et Crno jezero sub monte Durmitor (Pt, Ro); lacus Pošćensko jezero supra Šavnik (Ro), in lacu montis Lovčen (Pej, Ro).

### *Nymphoides* HILL.

4204. *N. flava* HILL. — In recessibus lacus Scodrani ad Rijeka, Vir et Plavnica (Pč, Eb, Ro, Ja).

## ***Apocynaceae***

### *Vinca* L.

\*4205. *V. major* L. — In fruticetis reg. infer. dic. mediter. ad Ulcinj (Ba). (An subsppontanea?)

## ***Asclepiadaceae***

### *Periploca* L.

4213. *P. graeca* L. — In dumetis ad ripam lacus Scodrani (Pč, Ro).

— f. *vestita* ROHL. V. Beitr. 84. — Caulibus, petiolis et foliis puberulis. — Cum typo ad Plavnica (Ro).

### *Cynanchum* L.

4218. *C. Huteri* (VIS. et ASCHERS.) PITTONI. — Dignoscitur imprimis corolla flavo-virescente intus pilosa laevigata triangularibus. — In fruticetis, olivetis et saxosis reg. infer., montanae, rarius subalpinae. — Carine sub monte Kom

(Ba), ad Bar (Ba, Ro), circa Ulcinj, Podgorica et Njeguši (Ro), Drežnica sub Konjsk-planina; Štirni do pr. Lukavica planina (Ro), ad Cetinje (Ld, Ki).

— f. *albanicum* (BALD.) HAY. — Petoli tenuiter tomentosi; cymae + pedunculatae. — Petkove rupe sub monte Lovćen (Pej, Ro).

4221. et 4222. *C. vincetoxicum* (L.) PERS. (= *Vincetoxicum hirundinaria* MED.; *V. officinale* MCH.; *V. contiguum* GREN. GODR.). — In rupestr. et gramin. reg. subalp. — In sax. „Orlova skala“ sub monte Kom (Pt).

— f. *laxum* (BARTL.) HAY. — Kamenjak (Ho).

— var. *nivale* (BOISS. et HELDR.) HAY. — Caulis humilior (10–50 cm altus); folia brevissime petiolata, ovata vel lanceolata; corolla ochroleuca, maleolens. — In monte Lovćen (Pč, Ho, Ba, Ro), in monte Soko distr. Kući (Ba), in monte Rumija et Lonac supra Bar; Vratlo supra Kolašin (Ba), Vun-saj pr. Gusinje (Df), ad Njeguši (Pej, Ro), Savin Kuk in monte Durmitor; Pivska planina (De, Si).

— var. *Daniloi* (ROHL. IV. Beitr. 70). HAY. — Caule elato gracili pruinoso, foliis basi rotundatis vel in petiolum longiusculum + attenuatis non cordatis pertenuibus diaphanis discoloribus subtus glaucis, mediis oblongis longe acuminatis, supremis anguste lanceolatis, floribus candidis. — In dumetis umbrosis reg. infer. mediterr. ad Danilovgrad (Ro).

\*4226. *C. fuscatum* (VIS.) LK. — In rupestr. reg. subalp. ad Kamenjak (Ho).

### *Marsdenia* R. BR.

\*4227. *M. erecta* (L.) R. BR. — In rupestr. et frutic. reg. infer. medit. ad Bar et Ulcinj (Ba, Ho).

## Oleaceae

### *Fraxinus* L.

4228. *F. ornus* L. — In fruticetis et silvis reg. infer. et montanae vulgaris; in reg. subalp. dic. sept. multo rarius. — Circa Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica, Danilovgrad, Nikšić, Cetinje, Njeguši, Viljuša et Grahovo frequens (Ro et alii), Medun (Sz), Lastva čevska et Velestovo distr. Katunska nahija; ad latera montis Vojnik; Šavnik sub monte Ivica planina; ad

Goraško, coenob. Piva et Borkovići distr. Piva; supra Andrijevica in monte Jerinja glava (Ro), ad coenob. Morača; Bištrica pr. Kolašin; in monte Pej et Vjetnik (Ja).

— var. *rotundifolia* (LAM.) TEN. — „Foliola 1,5—3 cm longa rhomboidea vel late rotundata obtusa subtus glaberrima vel ad nervum medianum sparse albo-pilosa; samara linearis spathulata.“ — Rarius cum typo.

\*4229. *F. excelsior* L. — In silvis reg. infer. et subalp. — In valle fl. Morača infer.; distr. Čeklići et Cuci (Pč), ad Podgorica (Sz, Ro), Milušina pećina distr. Katunska nahija; Goraško et coenob. Piva distr. Piva, circa Viljuša et Andrijevica, in monte Jerinja glava (Ro). (Adnot.: *F. rostrata* GUSS. a cl. BALDACCI e Drušići pr. Rijeka indicata verosimiliter ad spec. praeced. pertinet.)

### *Syringa* L.

4234. *S. vulgaris* L. — In saxosis et dumet. reg. infer. et mont. raro. — Ad Ostrog (Pč), Medun et Podgorica (Sz), Andrijevica et coenob. Piva (Ro).

### *Phillyrea* L.

4235. et 4236. *Ph. latifolia* L. et *Ph. media* L. — In sax. et fruticetis reg. infer. dic. mediterr. — Ad Vir (Pč, Ro), Šavica distr. Komani (Pč), Rijeka (Ho, Ro), Ulcinj, Bar, Podgorica (Ro), Bioče in valle Morača (Ja), Nikšić (Ba), Cetinje? (Ba).

### *Olea* L.

4238. *O. europaea* L. subsp. *oleaster* (HOFFMG. et LK.) FIORI. — Frutex ramosissimus ramis partim spinosis; folia parva elliptica vel ovata. — In sax. et fruticet. sempervirentibus reg. infer. in dic. australi. — Bar, Ulcinj, Vir, Podgorica.

— subsp. *sativa* (HOFFMG. et LK.) FIORI. — In dic. mediterr. ad Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica, Danilovgrad, Nikšić et ad coenob. Duga in valle flum. Zeta culta et subspontanea.

### *Ligustrum* L.

4239. *L. vulgare* L. — In fruticetis et ad sepes reg. infer. et montanae. — Ad Danilovgrad (Pt, Pč, Ro), Rijeka (Sz, Ro), circa Bar (Ba, Ro), Ulcinj, Vir, Podgorica, Spuž, Nikšić et coenob. Piva (Ro), Andrijevica (Ja, Ro).

## Rubiaceae

### Oldenlandia PLUM.

4243. *O. capensis* THUNB. — In inund. ad ripas fluvii Rijeka Crnojevićka pr. Rijeka (Kn).

### Putotia PERS.

\*4244. *P. calabrica* (L. f.) DC. — In rupestribus reg. infer. mediterr. ad Bar et Ulcinj (Ba, Ho, Ro, Do).

### Sherardia L.

4245. *S. arvensis* L. — In agris, incultis et lapid. reg. infer. et mont. frequens. — Ad Rijeka et Danilovgrad (Pt, Ro), Cetinje, Grahovo (Pč), Bar (Ba, Ro), ad Ulcinj, Rijeka, Viljuša, Šavniki, coenob. Piva et Andrijevica (Ro).

### Asperula L.

4251. *A. arvensis* L. — In arvis, incultis et ad vias reg. infer., mont., rarius subalpinae. — Ad Cetinje (Kn), Bogeći et Drežnica pr. Nikšić; circa Bar (Ba, Ro), ad Ulcinj, Rijeka, Podgorica, Njeguši et Andrijevica (Ro).

4252. *A. taurina* L. — In silvis et dumet. humidis et ad ripas reg. mont. et subalpinae, rarius inferioris. — In valle flum. Tara ad Matoševo et Kolašin (Pt, Pč, Ro); Kurlaj sub monte Kom (Ba), Tušina pr. Šavniki (Ba, Ro), ad latera montis Balj et alibi circa Andrijevica; Mratinje sub monte Maglić Pivski; supra coenob. Piva; Lijeva Rijeka; Boljevići supra Vir (Ro).

4254. *A. Dörfleri* WETTST. — Perennis; caulis tenuis quadrangulus nitidus glaber, rarius in parte super. ± hispidulus, erectus usque 6 cm altus simplex vel basi parum ramosus; folia 6—8-na verticillata lanceolata apice subito obtuso-acuminata  $1\frac{1}{2}$ —2 mm lata internodiis saepissime longiora, in pagina super. glabra, in margine et nervo mediano prominulo paginae infer. breviter setuloso-scabra; folia involucralia caulinis latiora flores 4 mm longos subaequantia; capitulum densum; corolla infundibuliformis rosea glabra, lobis 4 obtusis inappendiculatis, tubo subaequilongis; germen glabrum; stylus bifidus corolla multo longior. — In rupestr. et glareosis reg. alpinae in montibus dic. orient. ad fines Albaniae. — In monte Kom (Pč sub *A. hirta*; Ba et Ho sub *A. pilosa*; Ro), in montibus Dibala.

Planinica et Mojan (Ba), in monte Vila pr. Rikavac (Ba, Df), ad Fuša Rudnices sub monte Prokletija; inter Plav et Dečani (Df), Sjekirica planina supra Andrijevica loco Štit (Ro).

\*4255b. *A. intermedia* BOŠNJAČKI in Glasnik, Zagreb 1938. — „Caulis glaber, uniceps ad triceps, ad maximum 15 cm altus, in nodo foliorum hirtus; folia sena, ad 1,5 cm longa et ad summum 2 mm lata, linearilanceolata, in margine et nervo mediano hirta, internodiis multo, etiam plus quam duplo breviora; folia fulcrantia lanceolata hirtaque sicut folia caulinata. Ulterius observanda, nam ante anthesin collecta est.“ — In alpibus montium Prokletija loco Rusolija (Bos).

4256. *A. pilosa* (BECK) DEG. — A praeced. dignoscitur caule elatiore (10—20 cm alto) dense breviter piloso, foliis linearibus acutis longioribus (8—20 mm) et angustioribus ( $1\frac{1}{2}$ —1 mm) quam internodia (saltem superiora) brevioribus utrimque breviter pilosis, foliis involucralibus quam flores (cca 5—6 mm longi) brevioribus, stylo non exerto. — In saxosis reg. alpinae. — Sub cacumine montis Kom Kučki loco „Rupe“ et ad latera montis Vila (Sz teste DEGEN).

4260. *A. odorata* L. — In silvis reg. subalpinae. — Crna planina et sub monte Kom (Pt), in valle flum. Tara (Pč, Ro, Ja), Andrijevica (Ho, Ro), in monte Jerinja glava et Balj supra Andrijevica; Šavniki sub Ivica planina; ad coenob. Piva et Mratinje sub monte Maglić Pivski; Bijela sub monte Lola planina (Ro), ad ped. montis Durmitor (Pč, Ro), Vermoš planina ad fines Albaniæ (Df), Zvjerinačke rupe in monte Lovćen (Pej, Ro).

4262. *A. glauca* (L.) BESS. — In sax. reg. mont. Lukovsko polje ultra Nikšićka župa (Pč).

4264. *A. scutellaris* VIS. — Caules elati erecti quadran-guli ad angulos scabri paniculato-ramosi; folia inferiora 4-na oblongo-obovata, reliqua 4—8-na anguste linearia margine revoluta scabra suprema opposita; flores ad apicem ramorum singuli vel bini breviter pedicellati; corolla 1 mm longa late campanulata alba vel rubescens laciniis ovatis tubo vix distincto longioribus. — In rupestr. reg. infer., montanae et subalpinae frequens, rarius in reg. alp. — Ad Rijeka (Pt, Kn), Bogetiči pr. Nikšić (Pt), Cetinje (Pč, Kn), ad latera montis Lovćen (Kš, Pej, Ro), in monte Jastrebica (Ad), ad Medun (Sz, Ba, Ro), in monte Hum Orahovski distr. Kuči (Sz), Njeguši (Ba, Pej, Ro), Do-

brsko selo inter Rijeka et Cetinje (Ba), ad Bar et in montibus Sutorman, Rumija et Lisinj distr. Primorje; Nikšić, Ostrog (Ba, Ro), Timar pr. Šavniki (Ba), ad Gorańsko, coenob. Piva et ad latera montis Maglič Pivski versus Mratinje; Simunj distr. Katunska nahija, Podgorica (Ro), Bioče in valle flum. Morača; in calcar. pr. Kolašin (Ja).

— f. *latifolia* HORÁK. — Robustior, foliis latioribus planis. — Cum typo ad Rijeka (Ho).

— f. *hispida* HORÁK. — Tota planta aculeato-scabra; folia breviora late linearia. — Cum praeced. (Ho).

— f. *levicaulis* ROHL. — Caules ad angulos glaberrimi et leves. — Cum typo rarius.

? 4279. *A. Staliana* VIS. — A cl. PANTOCSEK (Adnot. 57) e monte Mali Durmitor (reg. alpina!) indicata; verosimiliter ad spec. sequentem pertinet, nam vera *A. Staliana* in reg. infer. dic. mediterr. crescit.

4280. *A. aristata* L. subsp. *longiflora* (W. K.) HAY. — In saxosis et lapid. e regione infer. in reg. alp. in tota dizione frequens.

— f. *glabra* (KOCH) HAY. — Caulis et folia glabra, corolla extus puberulo-scabra. — Frequens, imprimis in reg. infer. et media.

— f. *leiantha* (A. KERN.) HAY. — Planta glabra, corolla extus glabra et levis, folia margine scabra. — Cum praecedente frequens.

— f. *levifolia* ROHL. — Folia levissima. — In alpinis Štirni do sub Lola planina (Ro).

— f. *semiglabra* KOCH (= f. *subglabra* HAYEK Prodr. II: 451). — Planta a basi ad medium hirta, superne glabra, flores scabri. — Cum typo supra coenob. Piva (Ro).

— f. *hirta* (KOCH) HAY. — Tota planta dense breviter pubescens; corolla extus pubescenti-scabra. — Mali Šavnik in monte Lovćen, Sjekirica planina et Jerinja glava supra Andrijevica, Crvena Stijena et Valoviti do in monte Durmitor, Zakan men supra coenob. Piva, cca 1000—2000 m (Ro), supra lacum Crno jezero sub monte Durmitor (De, Si).

— var. *condensata* HELDR. — Caules numerosi humiles (5—15 cm alti) saepe dense caespitosi adscendentibus vel erecti paucis et breviter ramosi vel simplices; folia breviora; cymae

abbreviatae saepe capitatae; corolla rosea extus pubescenti-scabra 5—7 mm longa. — In glareosis et pascuis reg. alpinae. — Korita rovačka pr. Lukavica planina; in monte Maglić Pivski (Ro), Margarita sub monte Kom; mons Pivljan supra Košlašin (Ja).

\*—— var. *Wettsteinii* (ADAM.) HAY. — Praecedenti similis, sed tota planta dense breviter pilosa; corolla rosea cca 5 mm longa extus breviter pilosa laciniis tubo parum brevioribus. — In glareosis reg. alpinae. — In monte Durmitor et Maglić Pivski (Ro).

\*4283. *A. cynanchica* L. — In pascuis reg. subalpinae. — Bijele Carine sub monte Kom (Pt), Rijeka? (Ho), Kolašin et Kralje distr. Vasojevići (Ja), Bukovica sub monte Durmitor; Andrijevica, mons Balj, Jerinja glava et Sjekirica planina (Ro).

4289. *A. suberosa* S. S. — Planta alpina dense pulvinato-caespitosa; caules humiles simplices unacum foliis dense breviter velutini; folia 4-na linearia rigida breviter acuta (non aristata!) subtus bisulca; cymae pauciflorae subsessiles verticillastros 2—3 approximatos formantes; corolla rosea extus breviter puberula infundibuliformis laciniis tubo 3—4-plo brevioribus; fructus velutini. — In saxosis summi montis Kom (Pt, Ba).

\*—— var. *Bebii* BALD. — Caulibus paulo ramosis, floribus in spicas paucifloras corymbosodispositas congestis, corollae tubo laciniis vix 1—1 $\frac{1}{2}$ -plo longiore. — In herbidis et praeruptis montis Durmitor loco Savin Kuk et ad jugum Šulac (Ba).

### *Galium* L.

4291. *G. sylvaticum* L. — In silvis reg. subalp., rarius infer. — In valle fl. Morača et Tara (Pč), Rupa Końska sub monte Vila (Sz), Crna planina et Kurlaj sub monte Kom, in silvis sub monte Durmitor (Ba), in valle fl. Tara pr. Lever Tara (De, Si).

—— f. *angustifolium* HEUFF. — Folia linearilanceolata. — Inter dumeta ad Rijeka et in valle flum. Tara sub monte Kom (Pt).

4294. *G. aristatum* L. — In silvis et dumet. reg. subalp. — Circa Lukovo (Pt), ad Radeča Velja pr. Kostiča distr. Kuči

(Ba), in monte Dziebeze distr. Kuči (Sz). Anne (partim) ad spec. sequentem pertinet?

4295. *G. Schultesii* VEST. — In silvis reg. subalp. et mont. — Šavniki sub Ivica planina; Zakamen supra coenob. Piva (Ro), ad Matošovo et Kolašin (Ro, Ja), Andrijevica (Ja), in monte Orjen (Če).

— f. *lineare* BORB. — Folia anguste elongato-lanceolata cca 2 (—3) mm lata. — Ad Njeguši loco „Velje osoje“ (Ro).

4296. *G. mollugo* L. subsp. *mollugo* (L.) HAY. — In fruticetis, pratis et ad sepes reg. mont. et subalp. — Circa ovilia „Javorce“ dicta in monte Crna planina; in valle flum. Perućica sub monte Kom (Pt), in calc. ad Medun distr. Kuči (Sz), Andrijevica (Ho).

— var. *elatum* (THUILL.) H. BR. — Ad Cetinje (Kn).

— subsp. *erectum* (HUDS.) BRIQU. — In pratis alp. sub monte Kom (Ba).

4297. *G. lucidum* ALL. subsp. *Gerardii* (VILL.) HAY. — In aridis, saxosis et lapid. in tota dizione e reg. infer. usque in alpinam.

— var. *dumetorum* ROHL. V. Beitr. 54. — Caulis elatior (usque 80 cm altus), panicula ampla, pedicelli longiores (3—5 mm longi) et saepissime divaricati, folia margine fere levia, striae nitidae nervi mediani nullae vel brevissimae. — Ad latera montis Jerinja glava pr. Andrijevica (Ro).

— subsp. *corrugae folium* (VILL.) HAY. — Cum typo, sed, ut videtur, rarius.

? 4298. *G. cinereum* ALL. — A praeced. differt caule pruinoso glauco et foliis glaucis nervo mediano sine striis longitudinalibus nitidis. — In saxosis vallis Perućica dol loco „Orlova Skala“ infra montem Kom (reg. subalpina!) in societate speciei praecedentis a cl. PANTOCSEK lecta. Mihi dubium vis detur, nam verum *G. cinereum* in reg. infer. dic. mediterr. crescit.

4302. *G. pseudoristatum* SCHUR. — Habitu similis *G. Schultesii*, a quo dignoscitur foliis utrimque viridibus plerumque 9-nis linearilanceolatis basin versus sensim attenuatis 3—4 mm latis, corolla vix 2 mm lata laciniis breviter acuminatis (non aristato-acuminatis).

— f. *scabrum* (GRIS.) HAY. — Caulis inferne unacum

foliis praecipue ad nervos breviter pilosus. — In dumetis reg. mont. et subalp. — Zabrgje et Jerinja glava pr. Andrijevica (Ro); in valle fl. Morača supra coenob. (Ja).

4308. *G. anisophyllum* VILL. — In herbidis, rupestr., muscosis et glareosis reg. alpinae (rar. subalp.) in omnibus mont. dic. septentr. et orientalis frequens. E dic. merid. (m. Lovćen et Rumija) adhuc non vidi. E monte Jastrebica ad fines Dalmatiae a cl. PANČIĆ indicatum.

4312. *G. verum* L. — In pratis, herbidis et pascuis pinguis reg. infer., mont. et subalpinae. — Ad Danilovgrad et in monte Sutorman supra Bar (Pč), Mokre et Livade sub monte Hum Orahovski distr. Kuči (Sz), circa Andrijevica (Ho, Ro, Ja), Ivica planina supra Šavnik, in monte Balj supra Andrijevica; ad coenob. Piva, in monte Vojnik (Ro); ad Kolašin et Kralje (Ja).

— f. *pallidum* ČEL. — Flores ochroleuci. — Cum typo ad Njeguško polje (Pej, Ro).

— f. *trachyphyllum* WALLR. — Caulis dense pubescens, folia scabra. — Ad Njeguši et ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

\*— f. *pubifolium* ROHL. et DOSTÁL. — Folia etiam supra pilis brevibus patentibus dense tecta. — In aren. ad Bar (Do).

4313. *G. firmum* TSCH. (= *G. aureum* VIS.). — Habitu *G. mollugo* revocat, sed dignoscitur floribus flavis, antheris nigris et fructibus aureis demum rufescentibus. — In dumet. et rupestr. reg. infer., montanae, rarius subalpinae. — Circa coenob. Duga et in saxis Orlova Skala dictis infra Kom (Pt), in calc. ad Medun distr. Kuči (Sz, Ba), ad coenob. Ostrog (Ba), Njeguši (Ba, Pej, Ro), Konjuhe sub monte Kom (Ba, Ro), Šavnik, Goraško, coenob. Piva; Varda et Zakamen distr. Piva, ad latera montis Balj supra Andrijevica (Ro), circa Bar (Ba, Ro, Do), in monte Rumija et Kosa supra Bar (Do).

— f. *euboeum* HAL. — Caulis dense breviter pilosus, folia saltē subtus pilosa. — Cum typo ad Krstac pr. Njeguši et ad latera m. Lovćen (Ro).

\*— var. *antibarensse* BALD. Malpighia IV:71. — „Caespitosum, caulinibus debilibus, ovario nigricante.“ — In vetere vallo urbis Bar (Ba).

4319. *G. purpureum* L. — In rupestribus et dumet. reg. mont. et subalp. — Sub monte Kom (Pč, Ho), in incultis

pagi Orahovo (Sz), Konjuhe in valle fl. Perućica (Ba, Ro), circa Šavnik (Ba, Ro), Rikavac distr. Kuči (Ba), in monte Vojnik; circa Andrijevica, Viljuša et Goraňsko; Varda et Zakanen supra coenob. Piva, ad latera montis Balj supra Andrijevica, Simunj distr. Katunska nahija, Golo brdo supra Njeguši (Ro), in monte Rumija supra Bar (Do).

— f. *luteoviride* ROHL. V. Beitr. 54. — Flores flavescenti-virides. — Cum typo in monte Balj supra Andrijevica (Ro).

4327. *G. Baldacci* HAL. OeBZ. 1890: 165. — „Totum scabrido-hirsutum; caulis pumilis (cca 5—10 cm longis) ex rhizomate crasso lignoso basi suffruticosus adscendentibus vel erectis quadrangulis dense foliosis; foliis parvulis 6—9-nis, 3—5 mm longis, 1 mm latis, linearis-lanceolatis obtusiusculis subtus concavis elevatim nervosis nervo et margine praesertim scabris; cymis breviter pedunculatis 2—3-floris bracteolatis racemos angustos breves foliatus formantibus; bracteis oblongis acutis; pedicellis flore subaequilongis erectis vel subnutantibus; corollis parvis (cca 1—1½ mm longis) luridis extus patule hirsutis lobis ovatis obtusis trinerviis; antheris ovatis nigricantibus, fructu patule hispido; calycis limbo obsoleto. — In fissuris rupium reg. infer. mediterr. supra urbem Bar ad pedem montis Rumija (Ba, Ho, Do), ad Spilica Voda pr. Bar (Ba).

4333. *G. aparine* L. — In dumetis, ad sepes et agros steriles reg. infer., mont. et subalp. in tota dicione frequens.

\*4334. *G. spurium* L. f. *echinospermum* (WALLR.) HAY. — In dumetis et ad vias reg. mont. — Krstac pr. Njeguši (Pej, Ro).

— var. *tenerum* (GAUD.) GREN. GODR. — Caulis tenuissimus internodiis elongatis; folia latiora imprimis inferiora obovata vel oblongo-spathulata; cymae pauciflorae saepe uniflorae. — In valle flum. Lim pr. Andrijevica cca 800 m (Ja).

4337. *G. parisense* L. f. *leiocarpum* TSCH. — In lapid. et arenos. reg. infer. dic. medit. — Circa Bar, Ulcinj, Podgorica, Donja Zeta et in Lješanska nahija (Ro).

— f. *trichocarpum* TSCH. (= *G. tenellum* ROHL. non JORD.). — Fructus setoso-hispidi. — Cum praeced. ad Bar, Ulcinj et Vir (Ro).

4338. *G. divaricatum* LAM. — In aren., lapid. et incultis reg. infer. mediterr., montanae, rarius subalpinae (usque

ad 1400 m). — Ad rivulum Sušica pr. Danilovgrad (Pt), circa Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka, Šavniki et Viljuša; Borkovići distr. Piva; Drežnica pr. Nikšić (Ro).

4344. *G. palustre* L. subsp. *eupalustre* HAY. — In humidis, fossis et turfosis reg. subalpinae. — In valle Viruša dol sub Crna planina; circa lac. Riblje jezero sub monte Durmitor (Pt), sub monte Ranisava et ad Andrijevica (Ro).

— subsp. *elongatum* (PRESL) G. BECK. — In humidis ad rivum Sušica pr. Danilovgrad (Pt), in aren. marit. ad Bar (Do).

\*4347. *G. tricornе* WITH. — In cultis et dumetis reg. mont. — Ad Andrijevica cca 800 m (Ja).

4349. *G. murale* (L.) ALL. — In lapid., aren. et ad vias reg. infer. medit. — Circa Bar, Ulcinj, Vir, Rijeka et Podgorica (Ro).

4351. *G. rotundifolium* L. — In silvis reg. subalp. et alp. — Sub monte Javorje planina; in valle flum. Tara et Veruša (Pč), in valle Perućica sub monte Kom (Sz, Ro), Sinjavina planina (Ba), in monte Sjekirica et Balj supra Andrijevica (Ro), Kolašin (Ja).

4352. *G. boreale* L. — In pratis pinguibus reg. subalp. et alp. — Sub monte Durmitor (Pt, Ba, Ro), Carine sub monte Kom (Ba), Borkovići distr. Piva (Ro).

\*— var. *vestitum* ROHL. — Caulibus et foliis (inferioribus in pag. infer., superioribus utrimque) dense patule puberulis. — Cum typo in monte Ivica planina supra Šavniki (Ro).

4355. *G. cruciata* (L.) SCOP. — In silv., dumet. et ad sepes in tota dizione frequens.

\*— f. *levicaulis* ROHL. X. Beitr. 8. — Caulis glaberrimus levissimus, folia solum ad marginem breviter pilosa, ceterum glabra, pedicelli parum pilosi. — In pratis alpinis ad Štirni do (Ro).

4356. *G. vernum* SCOP. — In saxosis et glareosis reg. infer. et montanae. — Ad Cetinje et Vir (Pč).

— f. *pseudocruciata* ROHL. — Caulibus, cymae ramis et florum pedicellis patule dense hirtis. — In glor. alp. montis Kom Vasojevići supra Štavna (Ro).

4357. *G. pedemontanum* ALL. — In pratis, dumet. et lapid. reg. mont. et subalp. — Velestovo distr. Katunska na-

hija, in omnibus montibus circa Andrijevica, Konjuhe sub monte Kom, Matoševu in valle flum. Tara, Zagarač supra Danilovgrad, Goraško et Varda supra coenob. Piva (Ro), in monte Rumija loco Lumetić (Do).

*Valantia* L.

4359. *V. muralis* L. — In lapid., incultis, ad vias et in fissuris rupium reg. infer. medit., rarius montanae. — Circa Ulcinj, Vir, Rijeka, Podgorica et Njeguši (Ro), Bar (Ro, Do).

*Rubia* L.

4361. *R. tinctorum* L. — In dumetis et ad sepes reg. infer. et mont., rarius subalp. — Poščensko jezero supra Šavnik, ad ped. montis Žoljevica et in valle fl. Lim ad Andrijevica, Dragovoljići pr. Nikšić, Podgorica et Njeguši (Ro).

4363. *R. peregrina* L. — In frutic. et ad sepes reg. infer. medit. — Ad Bar et Ulcinj (Ba, Ro).

*A doxaceae*

*Adoxa* L.

4365. *A. moschatellina* L. — In silvis et dumet. umbrosis reg. mont. et subalp. raro. — Ad Radeča Mala prope Kostiča distr. Kuči (Ba), ad latera montis Lovćen versus Njeguši, in decliv. montis Durmitor versus Žabljak (Ro).

*Caprifoliaceae*

*Sambucus* L.

4366. *S. ebulus* L. — Inter dumeta et ad marg. silvarum reg. infer., montanae et subalpinae in tota dicione.

4367. *S. nigra*. — In dumet. et silvis reg. infer., mont. et subalp. — Viruša dol sub Crna planina (Pt), in valle fl. Zeta (Pč), ad Vir (Pč, Ro), circa Bar, Ulcinj, Njeguši et coen. Piva; Jasenovo polje sub monte Vojnik (Ro).

\*4368. *S. racemosa* L. — In silvis reg. subalp. — In valle fl. Tara inter Matoševu et Kolašin (Ja).

*Viburnum* L.

4369. *V. opulus* L. — In frutic. et silv. reg. infer. et mont. — In valle fl. Zeta sub Danilovgrad (Pč), ad Vrbica sub Goraško distr. Piva (Ro).

4370. *V. lantana* L. — In dumet. reg. mont. et subalp. — Viruša dol sub Crna planina; Perućica sub monte Kom; Lipovo pr. Kolašin (Pt), ad lat. montis Hum Orahovski distr. Kuči (Sz), circa Andrijevica (Ro, Ja), Lisinj et Rumija supra Bar (Ba), Goraňsko et coenob. Piva (Ro).

— f. *viride* KERN. — Folia subtus subglabra. — Ad latera montis Maglić Pivski (Ro).

— var. *discolor* HUT. (conf. ROHLENA V. Beitr. 51) (= *V. maculatum* PANT.). — Folia subtus albo-tomentosa.

— In apricis dic. merid. frequens. — In monte Lovćen (Ad, Ro), Orjen (Ad), Njeguši (Sz, Pej, Ro), Krstac (Ld, Sa, Gi), Rumija supra Bar cca 1500 m (Do), Nikšić, Viljuša, Jasenovo polje sub monte Vojnik (Ro), in monte Pej (Ja). Conf. JANCHEN OeBZ. 1919.

### *Lonicerca* L.

4373. *L. xylosteum* L. — In silvis et dumet. reg. mont. et subalp., rarius infer. — Sub monte Sutorman (Pč), Vratlo supra Kolašin (Ba), ad Bar, Ulcinj, Njeguši et Višnja ljuša; supra coenob. Piva, Perućica sub monte Kom, circa Andrijevica, Jerinja glava, Mali et Velki Krš supra Andrijevica (Ro), in valle fl. Tara pr. Lever Tara (De, Si).

— f. *elliptica* BECK. — Folia elliptica utrimque attenuata. — Cum typo ad Njeguši, Šavniki et ad Ljut supra coenob. Piva (Ro).

— subvar. *coriacea* ROHL. — Folia elliptica crassa rigida subcoriacea. — In apricis dic. merid. (Ro).

4374. *L. glutinosa* VIS. — A praeced. dignoscitur pendunculo communi quam flores rosei multo longiore et dense glandulosopilos, ramis novellis unacum foliis dense glandulosopuberulis et baccis in unicam coalitis. — In sax. montis Jastrebica (Ad).

4376. *L. alpigena* L. — In silvis et frutic. reg. subalp. et alp. in omnibus montibus dic. septentr. frequens.

— subsp. *Formánekiana* (HAL.) HAY. — Ovaria et baccae omnino liberae vel tantum basi per paria inter se connata.

— Javorje planina; Jerinja glava supra Andrijevica, Zakamen supra coenob. Piva (Ro), Lovćen et Njeguška planina (Ho, Pej, Ro).

4377. *L. nigra* L. — In silvis vallis Jelovica sub Bjelastica planina, cca 1200—1400 m (Ro); in monte Durmitor loco Ledena pećina, cca 1900 m (De, Si).

4378. *L. coerulea* L. — In silvis et frutic. reg. alp. et subalp. — Ad latera montis Durmitor (Pč, Ro, De, Si), in monte Ranisava, Maglić Pivski et supra coenob. Piva loco Zasakamen (Ro), ad Matoševe pr. Kolašin (Ba).

4380. *L. periclymenum* L. — In dum. et ad sepes reg. infer. medit. — Ad Rijeka (Pt).

4381. *L. etrusca* SAVI. — In dumetis reg. infer. et mont. — Ad Čevo distr. nahija Katunska; pr. Vir (Pč), ad Orahovo et Trijepši distr. Kući (Sz, Ba), circa Bar (Ba, Ro), ad Ulcinj, Podgorica et Farmaki (Ro). Loca reg. subalp. mihi dubia videntur: supra Vratlo pr. Kolašin; Bukovica sub monte Durmitor (Ba).

4382. *L. caprifolium* L. — In dumetis reg. infer., mont. et subalp. — Ad Cetinje (Pč), Bar, Podgorica, Danilovgrad, Njeguši, Viljuša, Goračko supra coenob. Piva; Perućica sub monte Kom, ad latera montis Balj et Jerinja glava supra Andrijevica (Ro), Sutorman supra Bar (Eb), in valle fl. Tara pr. Lever Tara (De, Si).

4383. *L. implexa* AIT. — In rupestribus et frutic. reg. infer. mediterr. — Ad Bar et Nikšić (Ba), inter Kotor et Njeguši (Pej, Ro).

## Valerianaceae

### *Valerianella* MOENCH.

4387. *V. coronata* (L.) DC. — In gramin. et inter viñeras reg. infer. et mont. calidioris. — Ad Cetinje et Klopot distr. Bratonožići (Pč); circa Podgorica (Ro).

4389. *V. discoidea* (L.) LOIS. — A praeced. dignoscitur caule saepissime a basi divaricatum ramoso, calycis limbo subrotato intus piloso fructu duplo longiore, fructu obconico subtrigono, antice sulco profundo ovato-orbiculari pro viso, loculis sterilibus fertili fere aequalibus. — In arvis, pascuis et gramin. reg. infer. mediterr. — Circa Bar et Ulcinj (Ro).

4391. *V. eriocarpa* DESV. — In arvis et herbidis reg. infer. et mont. calidioris. — Ad Bar (Ba, Ro), Cetinje, Rijeka,

Podgorica, Bioče (Ro), etiam e reg. subalp. „in sax. ad Velika distr. Vasojevići“ a cl. BALDACCI indicata.

4392. *V. dentata* POLL. — In herbidis et agris reg. infer. et mont. — Cetinje (Pt), Podgorica, Bar, Rijeka, Njeguši (Ro), in valle fl. Tara ad Matoševo (Ja). Occurrunt formae fructibus hirsutis [= var. *eriosperma* (WALLR.) JANCH.] vel glabris (= var. *leiosperma* WALLR.).

4396. *V. timosa* BAST. — In agris et gramin. reg. infer. et mont. calidioris. — Ad Cetinje (Pt), Bioče pr. Podgorica (Ro).

4397. *V. pumila* (WILLD.) DC. — Calycis limbus oblique late et brevissime tridentatus, dente postico erecto maiore lateralibus fere obsoletis; fructus subglobosus dorso convexus lateribus et antice sulco profundo praeditus, loculis sterilibus inflatis cavis fertili latioribus, pericarpium loculi fertilis non spongioso-incrassatum. — A cl. HAYEK in Prodr. II: 486 e Montenegro indicata, verosimil. in dic. litorali.

\*4398. *V. turgida* (STEV.) BETCKE. — Fructus inflatus globoso-trigonus antice pariete orbiculari-membranacea excavatus postice convexus, loculis sterilibus fertili duplo maioribus, pericarpium loculi fertilis non spongioso-incrassatum; calyx e tuberculis 3 parvis formatus. — In incultis reg. infer. mediterr. ad ripam lacus Scodrani pr. Vir (Ro).

4399. *V. locusta* (L.) BETCKE. — In cultis et dumet. reg. inf., mont. et subalp. — Ad Vir et Cetinje (Pč), Ulcinj, Njeguši; Varda supra coenob. Piva (Ro).

4401. *V. carinata* LOIS. — In asperis, gramin. et cultis reg. infer. et mont. — Ad Vir (Pč), ad Bar et Andrijevica (Ro).

#### *Valeriana* L.

4403. *V. officinalis* L. — In pratis pinguibus, ad ripas et ad marg. silvarum reg. infer., mont. et subalp. — Viruša dol sub Crna planina (Pt), sub monte Durmitor (Pt, Pč), in valle flum. Tara (Pt, Ja), circa Danilovgrad (Pt), Perućica sub monte Kom (Pt, Ro), ad Garač distr. Katunska nahija, Šavnik sub Ivica planina (Ro), in monte Balj et circa Andrijevica (Ba, Ro), in monte Lovćen (To).

— var. *angustifolia* (TSCH.) KOCH. — In pratis siccis et in rupestribus. — Borkovići distr. Piva; ad coenob. Piva;

Ljut et Črtov do sub Ledenica planina, Štirni do pr. Lukavica planina; in monte Lovćen et circa Njeguši (Ro).

— — — f. *parva* PANT. Adn. 36. — „Vix pedalis; foliorum segmentis linearibus angustissimis (2—8 mm:  $\frac{1}{2}$ —2 mm) integrerrimis setosis.“ — Ad rivulum Pašina Voda pr. pagum Kovčice ad pedem montis Mali Durmitor (Pt).

4404. *V. sambucifolia* MIK. var. *subalpina* (BECK) HAY. — A typo differt foliolis subsessilibus, terminali sub-rhombideo, foliorum superiorum angustioribus longe acuminatis. — In silva Skrobotuša ad pedem montis Vila ad fines Albaniae (Sz).

\*4405. *V. Dioscoridis* S. S. — A specie sequente dignoscitur radice fasciculata napulis aggregatis elongatis fusiformi-incrassatis, caule multo crassiore et elatiore, foliis (ut caulis) saepe pilosis segmentis latioribus, fructu dorso (nec utrimque) inter nervos hirto. — In humidis et fissuris rupium reg. intermedit. ad Dobra Voda pr. Bar (Ro).

4406. *V. tuberosa* L. — In saxosis et apricis reg. mont. et subalp., rarius alpinae. — In monte Rumija supra Bar (Ba), inter Kotor et Njeguši (Ki, Ld), Ledenica planina distr. Piva; Štirni do pr. Lukavica planina; Njeguši (Ro).

\*4408. *V. dioica* L. var. *simplicifolia* RCHB. — In pratis humidis reg. subalp. ad Barno jezero et ad Bukovica sub monte Durmitor (Ro). — Secundum opinionem cl. JANCHEN planta nostra speciem propriam sistit (= *V. Schilleri* JANCHEN in schedis). Ego vidi tantum plantam fructiferam.

4409. *V. bertiscea* PČ. Elench. 42. — Rhizomate tenui repente surculos breviter repentes stoloniformes emittente; caule erecto glabro solum ad foliorum insertionem papillari-hirto; foliis glabris rosularibus ac caulinis infimis longe petiolatis integris ellipticis, mediis sessilibus lyrato-pinnatipartitis, supremis pinnatisectis aut integris; cymis terminalibus umbellatis compactis involucratis, bracteis linearibus acuminatis flores carneos aequaliter quantibus vel parum superantibus; antheris oblongo-ellipticis, stylis subinclusis; fructibus obverse lingulatis glabris, facie 1-dorso 3-costatis, costis filiformibus, pappo 18-radiato. — In rupestre. et glareosis reg. alpinae rarissime. — Sub monte Kom loco „Visoke Grede“ (Pč), Kom Kučki et Rogam (Ba), Maglić Pivski (Ro), Struga planina cca 2200 m (leg. Havelka fide MALÝ).

\*— f. *integrifolia* ROHL. V. Beitr. 56. — Folia indivisa et integra, solum suprema margine ± dentata. — Maglić Pivski, cca 2000 m (Ro).

4412. *V. montana* L. — In pratis, pascuis et rupestr. reg. subalp. et alp., praecipue in dicionis septentrionali frequens; in montibus dicionis meridionalis (Lovćen et Orjen) multo rarer (conf. ROHLENA IV. Beitr. 57).

— f. *integrifolia* BECK. — In alp. Štirni do pr. Lukavica planina (Ro), in m. Durmitor (De, Si).

\*— var. *pubescens* BOŠNJAK in Glasnik, Zagreb 1938. — Caulis tota longitudine usque in inflorescentiam plus minus copiose pubescens. — In alp. montium Prokletija loco Rusolija (Boš).

4416. *V. Pančićii* HAL. et BALD. OeBZ. XLI: 408. — „Rhizome perenni obliquo pluricipiti ad collum squamoso; caule erecto simplici 4—8 cm alto glaberrimo tereti; foliis integrerrimis glabris, radicalibus ovalibus obtusis in petiolum attenuatis, caulinis duobus oppositis oblongis sessilibus; floribus albis in cymas breviter pedunculatas capitulum vel racemum formantes dispositis, bracteis linearibus glabris, corollae tubo limbum excedente, acheniis glabris unilocularibus.“ — In rupestribus reg. alpinae, rarius subalpinae; adhuc e montibus dicionis septentr. orientalis nota. — Javorje planina (Pč), Kom Kučki et Vasojevićki (Pt, Ba, Ho, Ro), Rogam, Ljuban et Carine sub monte Kom (Ba), in monte Velki Maglić distr. Kuči (Sz, Ba), in montibus ad fines Albaniae: Dibala, Vila, Miočev do, Pešnjak, Crna planina, Planinica, Čafa Velja (Ba), in monte Sinjavina planina: Jablan vrh, Gradište, Žijovo et Ploča (Ba, Ro), in cacumine montis Zeletin et Visitor supra Andrijevica (Ro, Sk), Fuša Rudnices sub monte Prokletija (Df).

## Dipsacaceae

### *Dipsacus* L.

4425. *D. silvester* HUDS. — Ad vias et in fruticetis reg. inferioris et montanae. — Inter Bogetiči et Nikšić; Nikšičko polje (Ro), ad coenob. Morača (Ja).

4426. *D. laciniatus* L. — In dumetis reg. infer. et montanae. — Ad coenob. Morača (Pč, Ja), ad Konjuhe et Andrijevica; Šavniki sub Ivica planina, supra coenob. Piva (Ro).

— var. *Pejovićii* ROHL. V. Beitr. 78. — Capitulis mino-  
ribus (cca  $25 \times 25$  mm), involucri phyllis angustioribus, non-  
nullis capitulo longioribus, paleis in cuspide subito attenuatis  
margine setis longis et rigidis tectis. — Ad Bar (Pej!).

4427. *D. pilosus* L. — In alnetis et ad ripas reg. mont.  
et subalp. — Konjuhe sub monte Kom (Ba), ad Kolašin (Pč).

### *Cephalaria* SCHRAD.

4428. *C. transsilvanica* (L.) SCHRAD. — In pratis  
vallis flum. Zeta sub Danilovgrad (Pč).

4431. *C. leucantha* (L.) SCHRAD. — In rupestr., lapid.  
et herbidis reg. infer. et mont. calidioris in dizione meridionali.  
— Grahovo (Pč), Ostrog (Pč, Ba), ad Njeguši et Čevo (Pč,  
Ro), Cetinje (Kn), Medun distr. Kuči (Ba), Lješanska nahija,  
Nikšić, Bogetići, Bar (Ba), Peljev Brijež et mons Vjetrnik  
distr. Bratonožići; Bioče in valle fl. Morača (Ja), Zagarač  
supra Danilovgrad; Podgorica, Viljuša (Ro), Rijeka. (A cl.  
HORÁK e monte Kom indicata sub. *C. corniculata*.)

— var. *latisecta* POSP. — Non raro cum typo. — Zanovetni  
brijež pr. Njeguši (Ro).

? 4432. *C. laevigata* (W. K.) SCHRAD. — A cl. BAL-  
DACCI e Krstac pr. Njeguši et ad Timar pr. Šavniki indicata.  
Verosimiliter planta e primo loco ad *C. leucantham*, planta  
e loco Timar ad *C. pastricensem* pertinet.

4435. *C. flava* (S. S.) SZABÓ. — A *C. leucantha* dig-  
noscitur epicalyce apice dentibus 8 distinctis alternatim lon-  
gioribus coronato, foliorum segmentis plurijugis ovatis vel ob-  
longis, involucri phyllis rufescentibus tomentellis interioribus  
oblongis acutiusculis. — In saxosis reg. mont. ad Bogetići pr.  
Nikšić (Pt).

\*4437. *C. pastricensis* DOERFL. et HAY. OeBZ.  
1921 p. 19. — „Perennis fere 2 m alta; caulis erectus glaber  
superne ramosus; folia dilute viridia non nitentia in pagina  
inferiore ad nervos minute puberula ceterum glabra, 5—6-juga  
pinnatisecta segmentis oblongo-lanceolatis longitudine latitudi-  
nem 6—7-plo superante sensim acutatis anguste serratis, basi  
ad rhachidem usque ad foliolum proximum anguste decurrenti-  
bus, summis late decurrentibus, terminali lateralibus subbreviore,  
infima longe, caulina breviter petiolata, summa tantum 3-juga;

pedunculi elongati glaberrimi; capitula globosa plusquam 3 cm longa et lata; phylla involucri triangularia breviter cuspidato-acuminata hamato-recurva nigricantia extus sericea; corolla ochroleuca extus sericea; paleae apice atrofuscae triangulares; epicalyx apice in denticulos 8 minutos exiens." — In reg. subalp. ad Ravno distr. Piva (leg. Havelka fide MALÝ), in valle rivi Vrbnica pr. Orak distr. Piva (De, Si).

### Succisa MCH.

4438. *S. pratensis* MCH. — In pratis pinguibus reg. subalp. in territorio septentr. — Sub monte Durmitor (Pč, Ro), in valle flum. Tara (Pč), supra Lipovo et Vratlo pr. Košlašin (Ba), in monte Vrtijelika et Pivljan (Ja).

— f. *glabrata* (SCHOTT) PETERM. — Caulis et folia glabrescentia vel glabra. — Ad rivulum sub monte Žoljevica pr. Andrijevica; Barno jezero sub monte Durmitor (Ro).

### Knautia L.

4443. *K. integrifolia* (L.) BERTOL. var. *hybrida* (ALL.) SZ. — In gramin. et lapid. reg. infer. et mont. calidioris. — Ad Rijeka (Pt), Ostrog (Pč, Ba), Cetinje (Kn), Njeguši (Kn, Pej, Ro), ad latera montis Lovćen (Ho), sub monte Maganik (Ho), Lješanska nahija (Ba), ad Medun distr. Kući (Sz), Donja Zeta et Bioče pr. Podgorica (Ro), insula Vranina (Eb), in monte Lovćen (To).

— f. *lyrata* (KOCH) HAY. — Folia saltem pro parte lyrato-pinnatifida. — Cum typo frequens. — Bar, Ulcinj, Podgorica, Danilovgrad, Bogetići, Nikšić, Njeguši (Ro).

? 4447. *K. arvensis* (L.) COULT. — In pratis et cultis reg. montanae et subalp. — In campo ad Cetinje (Pč, Ba), in pascuis sub monte Hum Orahovski (Sz), in pago Orahovo distr. Kući (Sz). A me non lecta. Verosimiliter loca hic enumerata ad alias species pertinent.

4449. *K. albanica* BRIQ. (= *K. longifolia* ROHL. non L.). — A *Kn. arvensi* dignoscitur caulis subtomentoso-velutinis subscaposis aphyllis vel foliorum pari uno instructis, foliis saepissime indivisis longe acuminatis dense subsericeo-appresso pilosis, floribus rubro-lilacinis. — In pratis regionis

montanae, subalpinae, cca 1000—1600 m. — Lastva čevska; Varda et Zakamen supra coenob. Piva (Ro), Rudo brdo pr. Kralje, montes Peh, Glave et Vrtijelika (Ja), in pratis ad Korita pr. Orahovo distr. Kuči (Ba), supra vallem rivi Vrbnica distr. Piva (De, Si).

4450. *K. purpurea* (VILL.) BORB. var. *illyrica* (BECK) SZABÓ. — In pratis subalp. — Pavlova livada (Ho), Kralje pr. Andrijevica (Ja).

— var. *montenegrina* (BECK) SZABÓ. — In herbidis et lapid. reg. infer. et subalp. — Ad Bar et Njeguši, in declivibus montis Lovćen, in valle flum. Perućica sub monte Kom (Ro), Kapetanova rijeka pr. Kolašin (Ja), sub monte Hum Orahovski distr. Kuči (Sz sub *Kn. pubescens* W. K. et *Kn. Timeriyi* JORD.).

\*— f. *indivisa* ROHL. IX. Beitr. 8. — Folia omnia indivisa solum parum dentata basalia et caulina inferiora spathulata in petiolum alatum attenuata, caulina superiora (par unicum) oblongo-lanceolata; ceterum ut in typo. — Ad Mratinje sub m. Maglić Pivski (Ro).

— var. *Visianii* (SZABÓ) SAG. — Cum praeced. ad Njeguši et sub monte Lovćen loco Trešnja (Ro, Pej).

\*4456. *K. drymeia* HEUFF. var. *nympharum* (BOISS. et HELDR.) SZABÓ. — A typo dignoscitur foliis angustioribus magis oblongis densius pilosis, subtus cano-pubescentibus. — In subalp. ad Volujačko jezero sub monte Maglić Pivski cca 1500 m (Ma).

4458. *K. dinarica* (MURB.) BORB. — A *Kn. silvatica* L. Europae mediae differt parte inferiore caulis densissime strigoso-hispida, superiore glandulis numerosis subviscida, foliis angustioribus ovato-lanceolatis vel elongato-lanceolatis, omnibus utrumque pilis longis rectis flavescentibus dense strigoso-hirsutis (MURB. Beitr. 111).

— f. *strigosa* SZABÓ. — Caulis inferne setis flavis rigidis dense obsitus; folia appresse strigosa. — In pratis reg. subalp. et alp. (1000—1800 m). — In monte Vojnik (Ro), in valle flum. Kapetanova rijeka pr. Kolašin (Ja).

— f. *serulata* (BORB.) SZABÓ subf. *sericea* SZABÓ. — Caulis inferne pilis modice rigidis vel mollibus dense obsitus; pedunculi glandulosi; folia rosularia albido-strigosa, caulina elliptico-lanceolata. — In reg. subalp. et alp. cca 1000—1800 m. —

In valle Jelovica sub Bjelastica planina; Korita rovačka et Štirni do pr. Lukavica planina (Ro).

— f. *macrophylla* SZABÓ. — A praeced. differt foliis rosularibus magnis usque ad 35 cm longis et 5—6 cm latis dense flavescenti-strigosis. — In reg. subalp. et alp. cca 1200—2000 m. — In monte Balj supra Andrijevica, in monte Maglić Pivski, Durmitor et Ranisava (Ro).

— f. *Malyana* SZABÓ. — „Caulis inferne pilis mollibus dense obsitus et cano-puberulus; folia supra fere sericeo-appresse pilosa, subtus sparse pilosa; pedunculi dense glandulosi.“ — In pratis subalp. — Orinca et Dugi dolovi in Sinjavina planina cca 1500 m (Boš).

— f. *croatica* SZABÓ. — „Caulis inferne dense longe villosus; folia caulina supra sparse appresse longe pilosa; pedunculi eglandulosi.“ — Rarius sub m. Lovćen (Ro).

\*— subsp. *Kušanii* BOŠNJAK in Glasnik, Zagreb 1938. — Caulis humilior ad 20 cm altus simplex monocephalus sub capitulo longius pilosus, tota longitudine pubescens et copiose glandulosus excepto internodio infimo setis subrigidis horizontalibus obsito et plus minus pubescente sed eglanduloso; folia basalia setoso-hispida tempore anthesis emarcida; inferiora latius, media in petiolum alatum decurrentia basi amplectentia, supra copiose strigulosohispida; infra minus hispida; duo suprema opposita lanceolata acuta cordato-sessilia pubescentia plus minus glandulosa et pilis longioribus praesertim in margine praedita; capitulum cca 2—5 cm in diametro; folia involucralia capitulo breviora ovato-lanceolata pubescentia copiose glandulis parvis obsita et margine pilis longioribus ciliata. — In alp. montis Prokletija loco Rusolija (leg. Dr. Kušan).

4460. *K. sarajeensis* (BECK) SZABÓ. — A praeced. dignoscitur praesertim caule glabro, foliis rosularibus appresse albo-pilosis lanceolatis acutis, caulinis coriaceis ciliatis, superioribus basi lata sessilibus, pedunculis puberulis apice villosis. — In pratis subalp. et alp. 1600—2000 m. — In monte Maglić Pivski (Ro), ad lacum Volujačko jezero (Ma).

Adnotatio: Nescio, quid sit: 1. *Kn. silvatica* a cl. PANTOCSEK in valle Viruša dol sub Crna planina, in valle Perućica sub monte Kom et ad Kovčice sub monte Durmitor lecta. 2. *Kn. longifolia* in silva Perućica (Pt), ad Gvozd distr. Drobnjaci (Pč) et in monte Ivica planina (Ba).

*Scabiosa* L.

4469. *S. c. graminifolia* L. — In rupestribus et glareosis reg. mont., subalp. et alp. usque supra 1600 m. — Supra Grahovo (Pč, Pej), in monte Lovćen (Pej, Kš, Ro), Carine sub monte Durmitor (Ro).

4471. *S. c. crenata* CYR. subsp. *eucrenata* HAY. — Basi suffruticosa multiceps; caules humiles usque ad 25 cm alti simplices vel parce ramosi, monocephali glabri vel glabrescentes; folia infima spatulata dentata, cetera 1—2 pinnatisecta, laciniis oblongo-linearibus saepe dentatis; involucri phylla oblongo-vel ovato-lanceolata corollis rubro-lilacinis tomentellis radiantibus ter breviora; involucelli albo-villosi, tubo foveolis subaequilongo; limbus epicalycis 20—24-nervius tubo longior; setae calycinae limbo epicalycis ter longiores. — In rupestr. reg. infer., montanae et subalpinae raro. — In monte Lovćen (Pč, Pej, Ro), supra Rijeka et secus viam ad Bjelosi; Varda sub monte Kom (Ba), ad Cetinje (Kn), in monte Rumija supra Bar (Do).

4473. *S. c. argentea* L. subsp. *ucranica* (L.) HAY. — Perennis vel biennis; caulis stricte erectus ramis brevibus pilosus vel glaber; folia appresse pilosa, radicalia oblongo-linearia dentata, caulina saepissime pinnatipartita laciniis oblongo-linearibus vel linearibus saepe dentatis; involucri phylla linearis-lanceolata capitulo aequilonga vel parum longiora; flores ochroleuci, rarius subcoerulentes, marginales radiantes; limbus epicalycis 20—24-nervius dentatus tubo basi albo-hirsuto apice profunde 8-foveolato et glabro brevior; setae calycinae saepissime fulvae limbo epicalycis 3—4-plo longiores. — In rupestribus et glareosis reg. mont. calidioris. — Gračanička rijeka pr. Nikšić (Pč), ad Medun distr. Kuči (Ba).

4484. *S. c. leucophylla* BORB. — Ab affini *Sc. columbaria* dignoscitur foliis (saltem subtus) pilis fasciculatis (nec simplicibus) cano-vel albo-tomentosis, surculis foliiferis elongatis. — In pratis subalpinis. — Radovče polje (Ho), Božur planina supra coenob. Piva, in decliv. montis Maglič Pivski versus Mratinje (Ro) (= var. *typica* FREYN).

\*4485. *S. c. Hladnikiana* HOST. — In pratis subalp. — Ad latera montis Dziebeze (Sz), sub monte Žijovo (Ba), ad lacum Volujačko jezero sub monte Maglič Pivski (Ma).

4487. *S. c. columbaria* L. subsp. *columbaria* (L.)

**ROUY et FOUC.** — In gramin. reg. mont., subalp. et alp. — Ad Ceklin; in valle fl. Tara, ad Lipovo pr. Kolašin, Šavnik; Kovčice sub monte Durmitor (Pt), in pratis ad Gvozd sub monte Vojnik et in silva Kukura Brdo sub monte Kom (Pč), Rogam et Varda sub monte Kom; in monte Balj supra Andrijevica (Ba) (verosimiliter loca hic enumerata partim ad subsp. sequentem pertinent); Štirni do et Korita rovačka pr. Lukavica planina (Ro).

— subsp. *Portae* (A. KERN.) HAY. — „Folia pilis simplicibus dense appresse pilosa saepe subsericea, inferiora indivisa ovata vel rhombea crenata, sequentia lyrata segmento terminali magno rhombeo, superiora pinnatisecta segmento terminali maiore.“ — In pratis reg. subalp. et alp. frequens. — Lopate, Kolašin, Rudo brdo, Vrtijelika, Pivljan, Peh, Glave (Ja); Perućica sub monte Kom; m. Balj pr. Andrijevica, Šavnik, supra coenob. Piva, in monte Maglić Pivski, Barno jezero sub monte Durmitor, Rudine nikšićke, Ršave doline sub monte Lovćen (Ro), Durmitor (Ht). (Hucce spectant verosimiliter plantae a cl. PANTOCSEK in sax. Orlova Skala sub monte Kom et in valle Perućica et a cl. PANČIĆ in asperis sub monte Kom loco „Jelića Platno“ lectae et sub *Sc. holosericea* publicatae.)

— f. *albanica* JÁV. — Folia indivisa. — In monte Durmitor (Ro).

\*— var. *virescens* ROHL. — Folia viridia utrimque parum pilosa vel subglabra. — In pratis humidis ad Bukovica sub monte Durmitor (Ro).

\*— var. *lovćenica* ROHL. — Folia pilis rigidis multo longioribus et saepissime + patentibus tecta. — In monte Lovćen locis pluribus (Pej, Ro).

— subsp. *gramuntia* (L.) ROUY et FOUC. var. *agrestis* W. K. — Folia superiora usque ad nervum medianum simpli- citer pinnatipartita segmentis cca 1 mm latis; setae calycinae limbo epicalycis ad summum duplo longiores, nonnullae non raro abortivae. — In saxosis et lapid. reg. infer. et mont. calidioris. — Ad Grahovo et Vir (Pč), Rudine nikšićke (Ro).

— f. *leiocephala* (HOPPE) HAY. — Setae calycinae nullae. — Rudine nikšićke (Ro).

\*4489. *Sc. ochroleuca* L. subsp. *eurochroleuca* HAY. — In gramin. et ad vias reg. mont. et subalp. — Ad Borkovići distr. Piva; supra coenob. Piva et ad Cetinje (Ro).

\* — var. *Pejovicii* ROHL. XI. Beitr. p. 17. — Folia rigida subcoriacea, caulina inferiora et media ambitu oblongo-lanceolata simpliciter lyrato-pinnatiloba, segmenta lateralia pauca linearis lanceolata integerrima, segmento terminali magno anguste lanceolato integro solum irregulariter + inciso-dentato, folia suprema indivisa linearis lanceolata. — In rupibus calcareis ad Krstac pr. Njeguši (Pej, Ro).

— — var. *Webbiana* DON. — Ad Rijeka et in Orlova Skala sub monte Kom (Pt), sub monte Balj pr. Andrijevica (Ro).

4492. *S. silaifolia* VELEN. — In aridis prope Ceklin (Ba), inter Bogetići et Nikšić; in calcareis pr. Andrijevica; circa Njeguši et ad latera montis Lovćen (Ro), ad Krstac distr. Piva (De, Si). — Plantae nostrae foliis valde divisis et lacinias angustissimis optime cum plantis bulgaricis congruunt, sed setae calycinae ferrugineo-vel pallide lutescentes (nec brunneae) sunt (= f. *pallidiseta*).

4493. *S. triniaeefolia* FRIV. — Folia basalia tenuiter puberula tripinnatis-partita segmentis angustissimis dense approximatis breviter linearibus, caulina 2—3-pinnatis-partita segmentis anguste linearibus; setae calycinae pallide fuscae limbo epicalycis 3—5-plo longiores. — In rupestr. reg. alp. in Crvena Stijena sub monte Durmitor (Pč).

\*4494. *S. fumarioides* VIS. et PANČ. — A praeced. dignoscitur caule tenuiter puberulo, foliorum inferiorum segmentis linearis-oblongis obtusis capillaceo-mucronatis, floribus non radiantibus et setis calycinis limbo epicalycis brevioribus vel nullis. — In pratis mont. et subalp. ad Dućići, Bežijovo et Orahovo distr. Kuči (Ba).

4496. *S. silenifolia* W. K. — In rupestr. reg. alpinae dicionis septentr. et septentr.-orientalis. — In monte Durmitor (Pč, Pt, Ba, No, Ro), Sinjavina planina: m. Stožac, Crvena Ploča, Jablan Vrh et Gradište (Ba), in monte Vojnik et Maglić Pivski (Ro), in montibus ad fines Albaniae: Hum Orahovski (Sz), Velki Maglić, Žijovo et supra Jezera labodnicka (Ba).

## Campanulaceae

### *Campanula* L.

4511. *C. lingulata* W. K. — Biennis, hispida; folia subundulata crenato-serrata, inferiora oblongo-spathulata in pe-

tiolum attenuata, superiora sessilia oblonga vel lanceolata; flores sessiles in capitulum terminale (confer. subvar. *cichoriaceam*) involucratum congesti; calycis appendices reflexae ovatae tubo longiores laciniis oblongis obtusis vix breviores; corolla anguste tubulosa limbo infundibuliformi violacea calycis laciniis 3—4-plo longior; stigmata 3; capsula prope basin poris dehiscaens. — In dumosis et silvis reg. infer., montanae et subalp. usque ad 1500 m. — Viruša dol sub Crna planina, Perućica sub monte Kom; in valle fl. Tara; ad Kovčice sub monte Durmitor (Pt), in calc. pagi Orahovo distr. Kuči (Sz), Crna planina; Velki Mikulić supra Bar (Ba), Njeguši (Ho, Pej, Ro), Čeklići, Vir, Zagarać, Bar (Ro), ad coenob. Morača; in monte Pej et in valle Lim pr. Andrijevica (Ja), inter Bukovica et Cetinje (Ro), in m. Rasovatac pr. Vir (Eb), Oštra glavica sub m. Lovćen (Pej, Ro), Orak distr. Piva (De, Si).

— subvar. *cichoriacea* (S. S.) GRIS. (= *C. capitata* SIMS.). — A typo differt caulibus ramosis, fasciculis florum axillaris et terminalibus. — Cetinje (Pč, Kn), supra coenob. Ostrog (Pč), Krstac pr. Njeguši (Gi, Ma), Borkovići et Goraňsko distr. Piva; in monte Vojnik; ad Andrijevica (Ro).

\*? 4513. *C. sibirica* L. — In saxosis reg. montanae. — Ad Cetinje (Ba).

4523. *C. macrostachya* KIT. — Biennis; caulis erectus simplex usque ad 1 m altus dense setosus; folia dense setoso-hispida crenata vel integerrima, radicalia elliptica in petiolum attenuata sub florendo emarcida, caulina inferiora lanceolata vel oblonga sessilia, superiora ovato-lanceolata basi cordata sessilia; flores sessiles, inferiores singuli in spicam longissimam interruptam congesti; calyx setoso-hispidus laciniis linearibus obtusiusculis, sine appendicibus; corolla 15—20 mm longa pallide coerulea. — In pratis et fruticetis reg. subalp. — Viruša sub Crna planina; vallis Perućica et Tara, Kovčice sub monte Durmitor (Pt). (An ne partim ad *C. moesiaca* pertinet?)

4527. *C. moesiaca* VELEN. (= *C. hirsuta* PANT. Adnot. 54 fide cl. HAYEK). — Ab affini *C. glomerata* dignoscitur: indumentum multo mollius, fere canum; radix biennis (nec perennis) verticalis simplex; folia supra breviter hirsuta, subtus dense patule pubescentia, inferiora oblonga in petiolum alatum subito contracta, superiora e basi sessili late cordata lanceolato-acuminata. — In pratis humidis reg. subalp. et alp. in ditione septentrionali frequens.

4528. *C. glomerata* L. var. *euglomerata* HAY. — In pratis reg. subalp. et alp. in tota dizione septentr. et septentr.-orientali frequens; e dizione meridion. adhuc solum in Lastva čevska lecta (Ro).

— var. *aggregata* (WILLD.) KOCH. — Perućica sub monte Kom (Pt), Sjekirica, Balj et Jerinja glava supra Andrijevica; Varda supra coenob. Piva (Ro).

— f. *longifolia* WALLR. — Folia caulina omnia lanceolata utrimque attenuata. — Mokro distr. Kuči; Črtov do sub-Ledenica planina; Lastva čevska (Ro).

— f. *pedunculata* ROHL. V. Beitr. 80. — Florum fasciculi laterales pedunculis nudis  $\frac{1}{2}$ —4 cm suffulti. — Ad Borzovići distr. Piva cca 1400 m (Ro).

— f. *glabra* BLUFF et FGH. — In montibus Ranisava et Maglić Pivski (Ro).

— var. *salviaefolia* WALLR. (= var. *farinosa* ROCHEL). — Caulis hirsutus; folia supra appresse breviter pilosa, subtus dense pilosa canescens. — Štirni do pr. Lukavica planina (Ho), Kapetanova rijeka pr. Kolašin (Ja), Božur planina distr. Piva (Ro).

4529. *C. foliosa* TEN. (= ? *C. glomerata* var. *macrodon* PANČ. Elench. 63\*). — A praeced. dignoscitur foliis maioribus irregulariter biserratis, caulinis late elliptico-ovatis vel cordato-ovatis, omnibus (supremis exceptis) petiolatis, petiolis alatis, capitulis fere semper terminalibus (lateralibus subnullis), foliis involucralibus ovato-acuminatis flores subaequantibus vel parum superantibus margine et ad nervos albociliatis; calycis dentibus anguste lanceolatis ciliatis tubo glabro 3—4 plo longioribus. — In pratis et pascuis reg. alpinae. — Sub monte Kom (Pt, Ho, Ro), Štirni do pr. Lukavica planina; Sjekirica planina et Visitor supra Andrijevica (Ro, Sk).

4541. *C. cochleariifolia* LAM. subsp. *croatica* HRUBY.\* — Saepissime fere glabra, parce ramosa; corollae infundibuliforme-campanulatae; pollinis granula flava. — In glareosis et rupestr. reg. alp. — In monte Durmitor (Führer).

\*) PANČIĆ 1. c. „Excellit dentibus calycinis linearibus tubo bis longioribus, corollae medium longe superantibus ac foliis involucrantibus maioribus.“ — In pascuis Rogam sub monte Kom (Pö).

\*\*) Confer: HRUBY „Campanulastudien innerhalb der Vulgares und ihrer Verwandten“ in „Magy. Botan. Lapok“ 1930.

teste HRUBY); in monte Kom (Pt), Carine sub monte Kom (Ba).

\*4543. *C. Witasekiana* VIERH. var. *typica* HRUBY (Magy. Botan. Lap. 1930: 212). — In pratis subalp. et alp. — Volujačko jezero sub monte Maglić Pivski (MALÝ sub *C. pseudolanceolata*), in monte Durmitor et Maglić (Ro), Rudo Brdo, Vrtijelika; m. Peh et Glave pr. Kralje (Ja), Kovčice sub monte Durmitor (Pt sub *C. Scheuchzeri*).

— var. *intercedens* HRUBY l. c. 210. — Velki Štulac in monte Durmitor (Führer fide HRUBY).

— f. *angustifrons* HRUBY. — Konjsk planina; m. Sjekirica et Balj pr. Andrijevica (Ro).

— var. *praticola* HRUBY. — In pratis sub Velki Krš pr. Andrijevica; in pascuis Varda sub monte Kom Vasojevički (Ba sub *C. pseudolanceolata*).

— f. *angustifrons* HR. — Sub monte Kom (Ro).

— f. *latifrons* HR. — In monte Durmitor et Maglić Pivski (Ro).

\*— var. *vestita* ROHL. IX. Beitr. 4. — Caulis et folia (rarius etiam rami inflorescentiae) dense patule breviter pubescentia; folia anguste lanceolata (ut in f. *angustifrons*); flores mediocres; racemi pluriflori; dentes calycini ultra  $\frac{1}{2}$  usque  $\frac{3}{4}$  corollae longi. — In pratis pinguibus loco „Mokro“ distr. Kući (Ro).

4544. *C. linifolia* SCOP. var. *albanica* (WITASEK) HR. — In rupestr. reg. subalp. et alp. — In monte Kariman supra Rikavac distr. Kući (f. *simplex* HR.), in monte Prokletija in f. *ramulosa* HR. (Ba sub *C. carnica*).

4545. *C. balcanica* (ADAMOVIC) HRUBY l. c. 234 (= *C. rotundifolia* aut. montenegr. non L.). — In pratis et pascuis reg. montanae, subalp. et alpinae frequens.

— var. *balcanica* (ADAM.) HRUBY l. c. 245. — Ad Njeguši, in monte Lovćen et Lastva čevska (Ro, Pej).

— f. *pinifolia* (UICHTR.) HR. — In monte Lovćen cum f. *tenuissima* (BORB.) HR. (Ro, Pej).

— f. *latifrons* HRUBY. — Ad Njeguši et in monte Lovćen (Pej, Ro).

\*— f. *Rohlenae* HR. in litt. — Laxe caespitosa, caulis valde flexuosus, folia infima ovato-rhombea dentato-angulata, caulina

longissime et tenuissime petiolata 4—8 cm longa et 3—6 mm lata valde curvata plana, calycis laciniae patentes vel reflexae. — Ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

— f. *saxatilis* HR. subf. *umbrosa* HR. — In monte Durmitor et Javorje (Pč? fide HRUBY).

— var. *velebitica* (BORB.) HR. — In pratis alp. montis Durmitor cum subf. *humili* HR. (Ro).

— f. *Borbasiiana* WITAS. — In alp. montis Lovćen, Ledenica et Durmitor (Ro).

— f. *parviflora* WITAS. — Dobri do in monte Durmitor (Ro). Etiam forma caule in parte infer. + piloso (= subf. *pilosa*).

— f. *incerta* WITAS. — In alp. montis Vojnik (Ro).

— f. *racemosa* (KRAŠAN) HR. — In rupestr. montis Žijovo planina distr. Kuči ad fines Albaniae (Ba).

— f. *farinulenta* (A. KERNER et WETTST.) HRUBY l. c. 239. — In rupestr. montis Durmitor loco Crvena Greda (Ro).

\*4545b. *C. tarana* MALY Glasnik 1923 pag. 126. (= *C. taranensis* HRUBY l. c. 252). — In gramin. reg. subalp. et alpinae.

— f. *genuina* HR. — In monte Vojnik (Ro).

— subf. *angustifrons* HR. — Lovćen, Maglić, Ranisava; Varda et Božur supra coenob. Piva (Ro).

— f. *pinifolia* (UICHTR.) HR. — In monte Lovćen (Pej, Ro).

— f. *simplex* HR. — In monte Ranisava (Ro).

— f. *saxiphila* HR. — Maglić, Mratinje (Ro).

— f. *squarrosa* HR. — Jeline doline supra Njeguši (Pej, Ro).

4547. *C. trachelium* L. — In silvis et fruticetis reg. infer., mont. et subalp. — Ad Šavniki sub Ivica planina (Pč, Ro), ad Cetinje et Rijeka (Kn), in silva Skrobotuša sub monte Vila et in pascuis sub monte Hum Orahovski (Sz), inter Cetinje et Bjeloši (Ba), sub monte Kom Kučki (Ho), Konjuhe pr. Andrijevica (Ba, Ro), Vratlo supra Kolašin (Ba), in valle flum. Tara et circa Kolašin (Ja, Ro), Kralje pr. Andrijevica (Ja), ad Viljuša, Njeguši et sub monte Vojnik (Ro), in monte Lovćen (To).

— f. *dasyarpa* M. K. — Cum typo ad Njeguši; Šavnik in monte Lovćen (Pej, Ro).

\*— f. *calvescens* BOŠNJAK in Glasnik, Zagreb 1938. — Caulis in parte inferiore et folia inferiora glabra. — In alp. montis Prokletija (Boš).

4548. *C. latifolia* L. — In dumetis reg. subalp. — In valle fluminis Tara ad Matoševo (Pt).

\*4549. *C. rapunculoides* L. — In agris, incultis et dumetis reg. infer. et montanae. — Ad coenob. Ostrog et Morača (Pč), Župa (Ho), Šavniki (Ro).

4550. *C. bononiensis* L. — In dumetis et ad sepes reg. infer., mont. et subalp. — Ad Danilovgrad (Pč), ad pašum Orahovo distr. Kuči (Sz), Konjsk planina et Radovče polje (Ho), Konjuhe sub monte Kom (Ba), ad latera montis Lovćen; circa Njeguši, Viljuša, Borkovići distr. Piva; Bjelice distr. Kaštunska nahija; Šavniki, Drežnica pr. Nikšić; Goraňsko et coenob. Piva; in monte Jerinja glava pr. Andrijevica (Ro), sub monte Balj (Ba, Ro), in monte Vjetnik et ad Kralje (Ja), supra vallem Vrbnica distr. Piva (De, Si).

\*— f. *levidens* ROHL. IX. Beitr. pag. 3. — *Calycis laciniae glaberrimae* (nec margine hirtae ut in typo). — Ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

4551. *C. pyramidalis* L. — Ad rupes, muros et dumeta reg. infer., montanae, rarius subalp. — Ad Cetinje (Pč, Kn), circa Čevo, Ostrog et Grahovo (Pč), in calc. pr. Medun; in silva Skrobotuša ad pedem montis Vila (Sz), Treblješ luka (Ho), circa Bar et Bojetiči (Ba), ad Viljuša, Podgorica, Njeguši et ad latera montis Lovćen (Ro), coenob. Morača, Bioče, Klopot, Vjetnik, Mala Rijeka, Lopate (Ja), in valle fl. Tara et ad Kolašin (Ja, Ro), Bukovica pr. Cetinje (Ro), in monte Kosa supra Bar (Do).

4556. *C. erinus* L. — In lapid., gramin. et ad sepes reg. infer. mediterr. — Ad Rijeka (Pt, Ro), Drušići et Lješanska nahija (Ba), ad Bioče in valle flum. Morača (Ja, Ro), circa Bar, Ulcinj, Vir et Podgorica; inter Kotor et Njeguši (Ro). (E valle flum. Perućica sub monte Kom loco Konjuhe a cl. BALDACCI indicata; verosimiliter introducta.)

4558. *C. persicifolia* L. — In dumet. et silvis reg. mont. et subalp. — Vallis Perućica sub monte Kom (Pt), inter

Cetinje et Rijeka (Ba), ad Njeguši (Ho, Pej, Ro), Kamenjak (Ho), circa Andrijevica, in monte Balj, Jerinja glava; ad Šavniki sub Ivica planina; Žabljak sub monte Durmitor (Ro), in decliv. montis Lovćen (To, Ro).

4560. *C. patula* L. — In pratis et silvis reg. subalp. et alp. in tota dic. septentr. et septentr.-orientali; in dic. merid. legi solum in Lastva čevska; e montibus Lovćen et Rumija adhuc non vidi.

— ? subsp. *abietina* (GRIS. et SCHENK) SIMK. — Calycis lacinia linear-lanceolata vel subulato-lanceolatae, corolla 2—2,5 cm longa intense violacea dimidio breviores. — In pratis subalp. — Viruša dol sub Crna planina (Pt).

4561. *C. rapunculus* L. — In herbidis, dumetis et silvis reg. infer., mont. et subalp. in tota dicione frequens.

— f. *pratensis* PANČ. (= f. *nitida* BECK). — Caulis et folia glabra. — Sub monte Hum Orahovski (Sz), Pivska planina (Ro).

— f. *hirta* PETERM. — Caulis et folia breviter pilosa. — Frequens.

— f. *subspicata* EBEL. — Pedicelli abbreviati calycis tubo breviores. — Ad Danilovgrad (Pt), in monte Troica supra Vir; Sutorman supra Bar (Eb).

4562. *C. sparsa* FRIV. subsp. *sphaerothrix* (GRIS.) HAY. — A praeced. dignoscitur radice annua, caulis acutius angulatis magis asperis, foliis radicalibus sub anthesi emarcidis, panicula saepissime pyramidata, pedunculis filiformibus, calycis laciniis setaceis corollae 12—16 mm longae subaequigonis. — In silva ad latera montis Balj (reg. subalp.) supra Andrijevica (Ro).

4564. *C. ramosissima* S. S. — Annua; folia crenata, inferiora obovato-spathulata in petiolum attenuata, reliqua ovato-lanceolata vel lanceolata sessilia, radicalia sub anthesi jam emarginata; flores 1—3 cm longi solitarii longe pedunculati; calycis lacinia linear-lanceolatae + trinerviae tubo multo longiores corolla lilacina infundibuliforme rotata longiores vel aequilongae. — In herbidis, asperis et saxosis reg. infer. mediterr. et mont. calidioris. — Ad Boljevići (Pč, Ro), Ostrog (Pč, Ba), circa Njeguši (Kn, Gi, Ma, Pej, Ro), sub monte Rumija (Ba, Do), circa Ulcinj, Bar, Vir et Podgorica (Ro), in monte Kosa supra

Bar (Do); in monte Rasovatac pr. Vir (Eb). Etiam e reg. subalp. ad Vratlo supra Kolašin a cl. BALDACCI indicata; verosimiliter introducta.

— f. *cassandra* NADIJ. — Caulis simplex vel subsimplex 1—pauciflorus. — In monte Golo brdo supra Njeguši (Pej, Ro).

### *Legouzia* DUR.

4571. *L. speculum-veneris* (L.) FISCH. — Inter segetes, ad vias reg. infer. mediterr. et mont. calidioris. — Ad Komani et Vojnići (Pt), Cetinje (Pč), ad Vir et Boljevići (Pč, Ro), circa Njeguši (Gi, Ma, Pej, Ro), in valle flum. Piva sub monte Maglić; Čevo, Bar, Ulcinj, Podgorica et Andrijevica (Ro), Brčeli et Limljani pr. Vir; Sutorman supra Bar (Eb).

— f. *pubescens* (DC.) MALÝ. — Planta breviter pubescens. — Cum typo ad Njeguši et in monte Bogojeva glava sub monte Lovćen (Pej, Ro), ad Velki Mikulići supra Bar (Do).

— f. *cordata* (VIS.) K. MALÝ. — Folia superiora basi dilatata subcordata semiamplexicaulia, capsulae longiores. — In rupestr. inter Njeguši et Kotor (Pej, Ro).

4573. *L. hybrida* (L.) GÉRARD. — In lapid. et aren. reg. infer. mediterr. — In campo ad Podgorica (Ro).

### *Asyneuma* GRIS. et SCHENK.

4579. *A. trichocalycinum* (TEN.) K. MALÝ. — Caulis simplex erectus glaber vel inferne ± hirtus; folia tenuia glabra sessilia vel brevissime petiolata ovata vel oblonga grosse inaequaliter acute dentato-serrata, superiora acuminata; flores in racemo singuli vel 2—3-ni distincte tenuiter pedicellati bractea setacea suffulti; calycis laciniae setaceae patentes tubo 3-plo longiores; corolla coerulea glabra in lacinias lineares fere ad basin partita, calyce duplo longior; capsula nutans poris basilaribus dehiscens. — In silvat., umbrosis et humidis reg. subalp. et alp. in omnibus montibus dicionis septentr. — E montibus dic. merid. (Lovćen et Rumija) adhuc non vidi.

\*4582. *A. canescens* (W. K.) GRIS. et SCHENK. — In herbidis et dumetis ad latera montis Lovćen (Pej, Ro).

\*— f. *leianthum* ROHL. IX. Beitr. pag. 2. — Calyx et corolla glabra (folia et caulis incano-puberula ut in typo). — In monte Čekanjska glavica supra Njeguši (Pej, Ro).

— f. *leve* ROHL. V. Beitr. 83.; VI. Beitr. 21 (= *Phyteuma c.* var. *laeve* ROHL. 1923). — Caulis glaber et levis; folia glabra solum subtus ad nervos pilis solitariis simplicibus praedita. — Cum typo in monte Lovćen (Pej, Ro). Vix identicum cum var. *nodiflora* DAVIDOV, quod glabritie cum nostra planta congruit, sed foliis multo angustioribus differt.

\* — var. *lovćenicum* ROHL. IX. Beitr. pag. 2. — Caulis tenuis simplex 25(—30) cm altus fere glaber subnitidus, folia glabra vel interdum ad marginem parum puberula; inflorescentia simplex, flores singuli 1—2 infimi bini; calyx tubulosus (nec breviter campanulatus ut in typo) saepe breviter puberulus, laciniae tubo breviores; corolla glabra. — Cum typo in monte Čekanjska glavica sub monte Lovćen (Pej, Ro).

4586. *A. limonifolium* (L.) JANČH. — A praeced. dignoscitur caule inferne foliato, superne subnudo (nec usque ad apicem dense aequaliter foliato), foliis lanceolatis in petiolum longe attenuatis, bracteis minutis triangularibus. — In saxosis, collibus aridis reg. infer. mediterr., montanae calidioris, rarius subalpinae. — Cetinje, monastir Duga; Lastva supra Vojnići (Pt), Njeguši (Pč), Mali Lonac et Kosa supra Bar (Pč, Ba, Do), ad Ostrog et Grahovo (Pč), ad Pristan Bar (Ba, Do), Jezerski vrh in monte Lovćen (Ho), Krstac pr. Njeguši (Gi, Ma), Medun et Rikavac distr. Kuči (Ba), Konjuhe pr. Andrijevica (Ba), in calcareis ad Orahovo distr. Kuči a cl. SZYSZYLOWICZ ut var. *alpinum* (BOISS.) BORNM. indicatum.

— f. *heterophyllum* ROHL. V. Beitr. 83. — Folia basalia et caulina infima oblongo-elliptica apice obtusa duplo vel subduplo longiora quam lata. — Ad Njeguši cum typo (Ro, Pej).

— f. *canescens* (BOISS.) BORNM. — Totum breviter cañescenti-scabridum (confer ROHLENA II. Beitr. 4). — Ad Bar, Ulcinj et in Kakarička gora pr. Podgorica (Ro), in monte Rumija et Kosa supra Bar (Do).

### *Phyteuma* L.

4589. *P. spicatum* L. — In silvis reg. subalp. dic. septentr. — Circa Kovčice sub monte Durmitor (Pt); Crvena Ploča in Sinjavina planina (Ba), ad Nedajno distr. Piva (De, Si).

— var. *coerulescens* BOGENH. — Flores pallide coerulei vel dilute coeruleo-lilacini. — In silvis sub monte Durmitor (Pč, Ro).

— — — f. *rhombifolium* ROHL. V. Beitr. 80. — Folia basalia basi rotundata vel subito attenuata ambitu rhombea. — Ad lacum Barino jezero sub monte Durmitor cca 1500—1600 m (Ro).

4593. *Ph. orbiculare* L. subsp. *flexuosum* R. SCHULTZ Monogr. 115. — In pascuis et pratis reg. subalp. et alp. dic. septentr. — In monte Javorje planina (Pč), Durmitor (Pt, Pč, Ba, De, Si, Ro), Sinjavina planina (Ba, Ro), Carine, Planinica, Mojan (Ba), in monte Kom et Maglić Pivski (Ro), Maganik et Pavlova livada (Ho), ad Brčeli supra Vir? (Eb), sed solum in foliis lectum.

— — — f. *hungaricum* R. SCH. — In monte Prokletija supra Gusinje (Df).

— — — f. *lanceolatum* DC. — Omnia folia caulina breviter petiolata, infima basalibus similia. — Crno jezero sub monte Durmitor (Ro).

× *Ph. orbiculare* subsp. *flexuosum* × *pseudorbiculare* ROHL. V. Beitr. 81 (= *P. Pančićii* ROHL. l. c.; *P. orbiculare* var. *cordatum* PČ. El. 62; *Ph. pseudorbiculare* R. SCHULTZ Monogr. 62 non PANT.). — Inter parentes in alp. montis Kom (Pč, Ro).

4594. *Ph. pseudorbiculare* PANT. Adn. 53. — A *Ph. orbiculari flexuoso* dignoscitur foliis basalibus breviter petiolatis suborbicularibus, inferioribus obtusis saepe breviter petiolatis ceteris sessilibus superioribus acutis, foliis involucr. e basi cordata late ovatis vel ellipticis. — In pascuis reg. subalp. dic. septentrionalis. — In monte Mali Durmitor (Pt), Kom (Pt, Pč, Ro), Sjekirica planina; sub Bjelastica planina (Ro), in monte Vila distr. Kuči (Df).

### *Edraianthus* DC.

? 4598. *E. dalmaticus* DC. — A sequent. dignoscitur calycis laciniis late triangularibus tubo multo brevioribus. — In humidis silvat. ad veterem typographiam pr. Rijeka (Ba). Sec. cl. HAYEK dubius.

4600. *E. tenuifolius* (W. K.) DC. — In rupestribus reg. infer. mediterr. et montanae calidioris dic. merid. — Ad Sindžon et Slivje (Pt), Orahovo distr. Kuči (Sz), ad Cetinje et Njeguši (Kn, Ba, Ld, Ro, Gi, Pej, Če), Velestovo distr. Katunska nahija; supra Rijeka (Ro), Bijela Skala et Medjurečka

planina pr. Bar; Miočev do supra Rikavac (Ba), Podgorica et Rudine nikšićke (Ro).

\*4600b. *E. Glišićii* ČERNJAVSKI et SOŠKA (Bulletin de l'Inst. botan. de l'Univers. de Beograd. Tome III. 1936-37). — „Perennis; rhizomate lignoso crasso longi-obliquo vel erecto diviso, reliquiis foliorum anni praecedentis siccatis ochraceis membranaceis obsito; caulis caespitosus erectus vel ascendens ad 18 cm altus glaber; folia linearia apice spathulato-dilatata subacuta integerrima, margine rigide setaceo-ciliata, ceterum glabra; basalia basi 1—2 mm, apice ad 4 mm lata, ad 15 cm longa, caulina semiamplexicaulia, breviora; capitulum uniflorum; folia involucralia viridia, interioria ad 9 mm, exteriora ad 32 mm longa calycem superantia, basi ovata non inflata apice + attenuata, margine rigide setoso-ciliata, ceterum glabra; calycis laciniae ad 18 mm longae ellipticae acutae (appendicibus inter lacinias deficientibus!), tubo 2—3-plo longiores margine rigide setoso-ciliatae, ceterum glabrae vix lilacinae; pilis rigidis ad 1 mm longis sparse verruculosis, verruculis parvis; corolla ad 5 cm longa, 18—25 mm lata, coerulea tubulosocampanula, extus perfecte glabra, lobis ellipticis 12—15 mm longis; stigma quadri- (vel tri-?) partitum lobis linearibus patentibus; capsula tri- vel quadrilocularis, omnino intera ovoidea, superne intra calycem plana, apice et a latere membranacea irregulariter lacera; semina multa ovata compressa, ad 1,5 mm longa, 0,75 mm lata.“ — In fauce fl. Tara ad rupes calcareas prope Sokoline et Čurovac supra pagum Tepce, cca 1500 m (legit V. Blečić).

4601. *E. graminifolius* (L.) DC. subsp. *coeruleus* JANCH. — In rupestribus et gramin. reg. subalp. et alp. in omnibus montibus dicionis septentr. et orient. frequens; etiam in monte Lovćen; in reg. infer. rarius.

— var. *Ginzbergeri* LINDB. f. — In calcar. reg. mont. calid. ad Podgorica et Njeguši (Ro), in monte Kosa supra Bar (Do).

— var. *alpinus* (WETTST.) JANCH. — In reg. alpina frequens.

— f. *montenegrinus* (HORÁK OeBZ. L: 163) HAY. — In alp. montis Maganik et in Pavlova livada (Ho).

— subvar. *Baldaccii* JANCH. — In monte Lovćen (Ro, Pej).

4602. *E. Wettsteinii* HAL. et BALD. OeBZ. XLI: 371.  
— A praeced. dignoscitur foliis margine regulariter setaceo-ciliatis in pagina superiore pilis griseis strictis appressis dense obsitis, infra glabris et nitidis; foliis involucr. lanceolatis apicem versus vix angustatis, supra albo-hirsutis marginibus setoso-ciliatis, infra glabris nitidis, calycis laciniis late lanceolatis pilosis et ciliatis. — In saxis apricis m. Rumija et in Medjurečka planina pr. Bar (Ba, Do), in monte Kosa et Lonac supra Bar (Do).

4605. *E. serpyllifolius* (VIS.) DC. — Ab omnibus spec. praeced. dignoscitur foliis spathulatis emarginatis. — In rupestr. et pascuis reg. alpinae, rarius subalp. — In monte Jasstrebica (Ad), in praeruptis montis Kom (Pč, Sz, Ba, Ro, Ja), Rikavac, Planinica, Mojan, Širokar, Carine, Rogam (Ba), in monte Durmitor (Ba, Ro), Maglić Pivski, Ledenica planina, Vojnik (Ro).

— f. *pilosulus* BECK. — Folia supra sparse pilosa. — Cum typo in monte Durmitor et Vojnik (Ro).

### *Jasione* L.

4609. *J. orbiculata* GRIS. — In pascuis reg. alp., rarius subalp. in omnibus montibus dicionis septentr.-orientalis ad fines Albaniæ. — In monte Kom (Pt, Pč, Ba, Ho, Ro, Ja), Žijovo, Mali et Velki Maglić distr. Kuči (Sz, Ba), Ljuban, Planinica, Carine et Rogam sub monte Kom (Ba), Mokro distr. Kuči; m. Balj, Pišev, Sjekirica planina; Krivi do et Bjelastica planina (Ro), in monte Rudo brdo et Pivljan (Ja), inter Vunsaj et Dečani supra Gusinje (Df).

## **Compositæ**

### *Eupatorium* L.

4613. *E. cannabinum* L. — In umbrosis, glareosis, ripariis, fruticetis et in silvis reg. infer., mont. et subalp. in toto territorio.

— f. *simplicifolium* HAL. (= var. *indivisum* BOISS.). — Ad Bar; Bajce pr. Cetinje (Ro).

### *Solidago* L.

4614. *S. virgaurea* L. subsp. *euvirgaurea* HAY. — In silvis et dumetis reg. mont. et subalp. — In silva Skrobotuša

sub monte Vila et ad latera montis Dziebeze (Sz), Konjuhe pr. Andrijevica (Ba), Han Garančić, Matošovo et Kolašin in valle fl. Tara (Ja), circa Viljuša, Njeguši, coenob. Piva, Šavniki et ad latera montis Lovćen (Ro).

— subsp. *alpestris* (W. K.) GAUD. — In reg. subalp. et alp. — Perućica sub monte Kom; Kovčice sub m. Durmitor (Pt, Ro), Rogam sub m. Kom (Ba).

— var. *vestita* HAL. — Caulis et folia ± dense pubescentia tomentosa. — In alp. m. Maglič, Durmitor et Lovćen (Ro).

### *Bellis* L.

4617. *B. perennis* L. — In pascuis et pratis reg. infer., mont. et subalpinae in tota dic. frequens.

\*4618. *B. hybrida* TEN. — In marit. ad Pristan Bar (Ba).

4619. *B. silvestris* CYR. — In pratis reg. infer. et mont. calidioris. — Circa Bar (Ba, Ro), Krstac pr. Njeguši (Ba, Pej), Crmnica (Eb).

### *Aster* L.

4624. *A. bellidiastrum* (L.) SCOP. — In rupestr. et lapid. reg. subalp. et alp. in omnibus mont. dic. septentr. et septentr. orient. frequens; e dic. merid. adhuc tantum e monte Jastrebica nota.

— subf. *humilis* BECK. — Inter Kotor et Njeguši (Kn), Savin Kuk in monte Durmitor (De, Si).

4625. *A. alpinus* L. subsp. *dolomiticus* (BECK) HAY. — In sax. reg. alp. — In monte Durmitor (Pč, Ro), Kom (Ho, Ro, Ba), Crvena ploča in Sinjavina planina (Ba), Javorje planina, Piperska Lukavica (Ro).

4626. *A. amellus* L. — In vineis reg. infer. — Ad Boljevići pr. Vir (Pč).

4632. *A. illyricus* (MURB.) K. MALÝ (= *Galatella rigida* var. *ill.* MURB.). — Caulis erectus strictus scabridus; folia impunctata lanceolata vel elliptico-lanceolata obtusiuscula vel apicem versus in mucronem brevem subito contracta semi-amplexicaulia integerrima margine et ad nervos pilis papilliformibus scabra ceterum glaberrima; panicula terminalis; phylla involucri imbricata lanceolata obtusiuscula, interiora margine

scariosa, omnia valde viscida; flores disci flavi, ligulae lilacinae steriles; pappus rufescens; achenia strigoso-sericea. — In dumetis reg. mont. calidior. ad Dobre Strane distr. Cuci (Pč).

\*4634. *A. linosyris* (L.) BERNH. — In pratis saxosis reg. subalp. sub monte Durmitor (Pč).

### *Erigeron* L.

